

THIRD TRACT

§3.9.0

Ninth Article of the Third Tract

In this ninth article we see the excuses for infidelity advanced by some people as well as the claim by others not to be guilty of it.

§3.9.1

Firstly, not valid is the excuse of those who say that the Duke of Burgundy, of Dorgellus, and their accomplices acted in the name of the king, saying that they have power, for they should not be believed unless faith be placed in pretense of power which has in no way been sanctioned.

§3.9.2

Secondly, not valid is the excuse offered that in their oaths of fidelity they put the king first, for it is not valid that they should transfer the fidelity owed to one king to another one.

§3.9.0

NONUS ARTICULUS

Nono hoc articulo de excusationibus (quas quidam proponunt) a crimine infidelitatis et aliis se ex eisdem innoxios (videamus) dicentis.

§3.9.1

Primo enim non revelat excusatio quorundam dicentium quod dicti dux et Dorguelli et complices nomine regis agebant potestatem dicentes se habere, nam non debuerunt ex hoc illis credere nisi fidem facerent^{†gl} de potestate pretensa et valida nec etiam aliquibus quantuncunque sanctis iuxta c. si quis diaconus, 1. distin. [Decretum, I, 50, 26]. Et quia multi se transfigurant in angelos lucia etc. Et quia prohibiti fuerunt a [87r] rege, ne illis obedirent etc., ideo etc. iuxta illud multi venient in nomine meo, nolite illis credere etc., sicut nec geon credit angelo nisi prehabito signo, unde Joan. in epistola charissimi nolite omni spiritum credere, sed probate, spiritus si ex deo sit, quoniam multi pseudo, et prophete exierunt in mundum etc., i Joan, iii c. [1 John, 4, 1], et de hoc dictum est plene supra cum de infidelitate ageretur v. et ix. conclusionibus et in superiori proximo articulo. in §sic itaque patet ex dictis etc.

§3.9.2

Secundo loco non valet excusatio quia dicunt quod in sacratis fidelitatis prestitis premiserunt regem etc., nam hoc non valet, non enim illud id est fidelitatem hanc soli regi debitam debuerunt alteri communicate, iuxta illud honorem meum alteri non dederis, nec debuerunt regi (in eo quod eius filius est) alterum consocium adhibere aliter dicuntur regi fornicari, sic uxor que ad actus maritales alium ad iungit, adultera et infidelia, iuxta illud apostoli ad Roma. vii [Romans, 7, 3] ubi sic ait: Vivente viro vocabitur adultera, si fuit cum alio viro etc. et illud. Tuum honorem domini mei transferre ad hominem et nequaquam adorarem, excepto deo meo etc. Hest. ix [PENDING], similes ei, qui auro commiscetes, illud enim contaminatur, prout hec dicta sunt et probata supra^{†gl} quum de amore debito capiti mystico (et in quibus huiusmodi interioris amoris fidelitas consistat) ageretur in §secundum,¹ et supra quum de obedientia ageretur in viii. conclu.

¹ See above in §3.6.1.20 and §3.6.1.21 for other references to §secundum"

THIRD TRACT

§3.9.3 *Thirdly, not valid is the excuse of those who say that the larger and more noble cities and towns, where men experienced in technical and practical matters, learned and wise, many of them elderly, want things that way, because manifestly those men should not have adhered to illicit things, as likewise prelates and superior people don't.*

§3.9.3 Tertio autem loco non procedit excusatio dicentium, quod maiores et nobiliores civitates et ville, ubi sunt viri in scientiis, prudentiis periti et sapientes ac probi, et senes multi etc., sic egerunt nam in evidenter illicitis non debuerunt eis adherere, sicut nec prelati nec superioribus, iuxta no. in c. ad aures, de tem. or. [*Decretales, I, 11, 5*] et in c. illud. de ma. et obe. [*Decretales, I, 33, 5*], sed evidenter constat etiam iure naturali illicitum obedire non proprio sacerdoti, et ex eo potestatem non exhibenti, ut c. quae contra viii. di. [*Decretum, I, 8, 2*] et no. per glo. in l. i. de iu. et fa. igno. [*Dig., 22., 6, 1*], igitur et dicitur proxime in v. conclu. igitur etc. Ceterum rex prohibuit, ergo mandato cuiuslibet alterius contra facere non debuerunt, nec alicuius exemplo, hinc dicitur iubet proconsul prohibet imperator, magis imperatori obediendum, unde si quis imperat, quod a domino prohibuit est, execrabilis est omnibus qui dominum diligunt, ut hec habentur xi quaestio iii. qui resistit [*Decretum, II, 11, 3, 95*] et c. si is qui preest. [*Decretum, II, 11, 3, 99*]. Preterea licet clerici et antiqui, et alii magnates aliqui adhibuerint, non ex hoc tu debuisti credere illis, nam scientia, prophetia et similia non sunt gratie^{†gl} gratum facientes, imo concurrant cum peccato, sicut patuit in Salomone prudentissimo, qui tamen [87v] idolatra fuit, et Saule perverso prophetante, et in David propheta qui adulterium et homicidium perpetravit, ut hec habentur 1 Reg. xix [*1 Kings, 119*], et 2 Reg. xi [*2 Kings, 11*], et 3 Reg. xi [*3 Kings, 11*], et i. q. i. prophetavit [*Decretum, II, 1, 1, 78*], et in c. gratia. ea. q. per Archi. [*Decretum, II, 1, 1, 1*], unde scribitur Esaie. xxix [*Isaiah, 29, 14*]: Peribit enim sapientia a sapientibus eius, scilicet populi, et intellectus prudentium eius abscondetur, et alibi sapientes sunt, ut faciant mala, bene autem facere nesciunt, Hiere. x [*Jeremiah, 19, 5*]; supercecidit enim ignis, odii, videlicet in furore, et non viderunt solem, ut scribitur in psal. [*Psalms, 57, 9*] de talibus scientia proditis etc. dicitur quod malitia eorum exceperunt eos., Sapient. ii. ca. [*Wisdom, 2, 21*], et videntes non videant, et audientes non intelligant, Matt. xiii [*Matthew, 13, 13*]. Qui cum agnovissent regem et unigenitum dominos suos esse illos, ut dominos non glorificaverunt, sed evanuerunt in cogitationibus suis et obsecratum est insipientes cor eorum, dicentium se sapientes et stulti facti sunt, et mutaverunt gloriam et obedientiam domino suo debitam in servum domini sui, et mutaverunt veritatem in mendacium, et coluerunt, et servierunt servis potius quam dominis, quod terra ferre non potest, ut servus dominetur. Et propterea deus tradidit illos in passiones ignominie, apud quoslibet etiam vicinas nationes, proditores et infideles appellatos, ut hec leguntur ad Roma. ca. i [*Romans, 1, 26*], tales enim multos seduxerunt, de quibus dicitur, quod a talibus exivit pollutio in omnem terram. Hiere. xxiii [*Jeremiah, 23, 15*] ceterum et multi sunt calumniatores loquentes, que sua sunt, visionem cordis sui iniqui, non autem de ore domini, id est que dei sunt, quemadmodum manes et membra restituerunt Mosi, sic isti regi et

THIRD TRACT

§3.9.4 *Fourthly, not valid is the excuse of those who say that nearly all, or at least the largest part, of the kingdom want things that way, because no one should yield to a great number when it deviates from the truth.*

§3.9.5 *Fifthly, not valid is the frivolous excuse of saying that there are people who are not learned but simple, etc., because among such people ignorance is of no significance, and making judgments not allowed, for obedience, reverence, and complete fidelity to one's superiors and country required by natural law.*

eius unigenito homines quidam sunt corrupti, et mente reprobis circa fidem, id est regi fidelitatem, ad Titum. iii [Titus, 3, 8], sed non excusati illis credentes, unde scribitur propterea captivus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam. xi. q. iii. c. ve, [Decretum, II, 11, 3, 56] quod attento maxime quod per regem prohibiti, non enim debuit aliquis facere, quod prudentes hi afferti in his egerunt; hinc dicit Christus, facite, quod dicunt, videlicet quando predicant bonum, dimittite quod faciunt, excusatus populus non fuit, qui in rebellione datam. chore, et abiron illis adhibuit sed imo omnes perierunt, nam quod regi et eius unigenito deberent obedire, naturali indita ratione cogoverunt, viii. q. quae contra [Decretum, I, 8, 2], et ideo inexcusabiles facti sunt ad. Roma., i. c. [Romans, 1, 20] Similiter non procedit, quod dicitur quod probi multi pariter infidelibus adhererunt, quia tu nescis quis est probus, iuxta illud neminem laudaveris nisi post mortem et nemo scit utrum odio vel venia dignus sit testatur ecclesia, illi non probi sunt, sed hipocrite, similiter de senibus et antiquos obediendum est dicendum, quia (ut habetur Job. xxxii [Job, 32, 9]) non sunt longevi sapientes, nec senes intelligunt etc. quoniam nulli in talibus infidelitatibus adherendum; hinc apostolus etiam si [88r] angelus de celo alius vobis evangelizaverit, quod evangelizavimus anathema sit etc. et ideo non adherendum, multominus ergo hominibus alicuius conditionis in his rebellionibus debuit adherere.

§3.9.4 Quarto non militat excusatio dicentium, quod quasi omnes saltem major pars regni sic egerunt etc., nam nullus plurimis debet acquiescere, ut a vero deviet, ut habetur textualiter Exo. xxiii [Exodus, 23, 2], nec minus ardebunt, qui cum pluribus ardebunt, ii. q. i. multi [Decretum, II, 1, 1, 83] et pro his accedat xciii. di. miratus [Decretum, I, 93, 2], ubi Gregor. commendat paucos obedientes, et corripit multos inobedientes, multitudo enim num facit, minusque orobat partem meliorem. iuxta illud multi sunt vocati etc. et illud. Stultorum infinitus est numerus. Ecclesia. i. ca. [Eccles., 1, 15] hic dicit Chrisosto. Multi sunt sacerdotes numero, pauci vero opere, xl. dist. c. multi. [Decretum, I, 40, 12]. Et ideo illa maior pars dicitur, que maiori ratione et pietate nititur, ix. di. sane [Decretum, I, 9, 11], quanto enim quis maiori ratione nititur, tanto maioris autoritatis, habetur xx. dist. in prin. [Decretum, I, 20, incipit] neque enim ex multitudine^{†gl} actorum, quod melius et equius est iudicatur etc., 1. ulti., de vete. iu. enu. C. [Cod., 1, 17, 3].

§3.9.5 Quinto non procedit excusatio frivola dicentium quod sunt gentes scientia non predite sed simplices etc., quia in his nulla ignorantia est nec admissibilis iudicandi, nam obedientia [88v] reverentia, et omnis fidelitas iure naturali^{†gl} debetur superiori et patrie, ut habetur in c. que contra,

THIRD TRACT

§3.9.6 *Sixthly, not worth much the excuse of those who say that if no act has been performed nor any intervention made, etc., for conversation alone with those who have committed those faults makes them partisans of them, together infidels and rebels against the king and his unigenit.*

§3.9.7 *Seventhly, in the same fashion, not valid is the pretended excuse that outwardly they were with the others but inwardly adhered to the king and the Dauphin.*

viii. dis. [Decretum, I, 8, 2] et no. glo. in l. ii, de iu. et fa. igno. [Dig., 22., 6, 2], pro quo l. i. in fi. cum. l. seq. de iusti. et iu. [Dig., 1, 1, 1 & 2], ubi dicitur quod naturali iure quis tenetur parere patrie et consequenter capiti eius mystico, et hoc dicitur esse pactum naturalis societatis humane, ut d. c. que contra [Decretum, I, 8, 2]. Et ideo in his rusticitati non parcitur, ut l. ii, C. de in ius vocan. [Cod., 2, 2, 2] et quod no. glos, in l. i allegata. [Dig., 1, 1, 1]. In talibus enim nil distat decipere vel decipi, xvi. q. i. si cupis. [Decretum, II, 16, 1, 5], iudicium inest enim naturaliter cuilibet, quod quilibet tenetur superiori ad obedientiam et reverentiam quilibet enim quantumcunque rusticus vult et scit, et familiam sibi debere obedire, iuxta illud. Signatum est super nos lumen vultus tui domine etc. ut habetur in Psal. [Psalm 4, 7], igitur etc., inexcusabiles ergo sunt, ad Roma. i ca. [Romans, 1, 20] hinc dicitur. non est enim populus sapiens, et propterea non miserebitur eius qui fecit illum, et qui formavit eum, non parcet ei, Esa. xxvii [Isaiah, 27, 11] et alibi dicitur, et populus non intelligens, Hozee. iiiii [Hosea, 4, 14]. Preterea quia dictum erat eis parante, quia per literas regias prohibitum, ideo etc., ut. l. ait§si quis participet, que in frau. cre. [Dig., 42, 8, 10], et illud Esa. xlvi. [Isaiah, 48, 5]: predixi tibi extunc, antequam venirent indicavi tibi, ne forte diceres, idola mea fecerunt etc. Hinc etiam dicitur excusatio omnis tollitur, ubi manifestum non ignorant, ut habetur in ii. sen. distin. xxii [PENDING-Peter Lombard?].

§3.9.6 Sexto minus valet quorumdam excusatio dicentium se nihil actu fecisse, nec de aliquo se intromisisse etc., nam cola conversatio loquutioque cum illis reddit eos illorum fautores, et regie et eius domino unigenito infideles et rebelles, ut xciii distin. c. i. [Decretum, I, 93, 1] et plene dictum est supra quum de obedientia ageretur in xi. conclusionem. Preterea illis obediverunt cum aliis et regi et domino dalphino obedire omiserunt, quod omissio pro actu habetur, ut in reg. qui facit, de reg. iur. [Dig., 50, 7, 158], sic et enim omittendo contrahitur inobedientia, et consequenter infidelitas, ut c. de forma. xxii. q. v. [Decretum, II, 22, 5, 18]. Hinc dicitur ibidem et in c. i. de no. fidei. forman. [Lib. feud., II, 7] quod in materia fidelitatis ad superiorem presertim non sufficet abstinere a malo nisi fiat quod bonum est, id est nisi verbo et opere defensio prebeat. hinc dicitur fides, id est fidelitas sine operibus mortua est.

§3.9.7 Septimo similiter vacua est excusatio pretensa per quosdam dicentes quod exterius erat cum illis, sed interius ex toto [89r] animo, et tota mente regi et domino dalphino adhibebant etc., nam secundum apostolum hoc non sufficit ad fidelitatem nam corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem, quinimmo talis proditor est veritatis, non soluxn quando contra veritatem loquitur, sed etiam qui vetitatem aperte non predicat, aut timore, publice non defendit

THIRD TRACT

§3.9.8 *Eighthly, a more corrupt defense is advanced by those who say they have letters of the king telling them not to obey the the Dauphin but the Duke of Burgundy and the prince of Auray.*

id est non tantum qui dominum suum impugnat, sed etiam qui ipsum non defendit verbo et opere, pro quo c. licet, si de [investitura] feu. contro. fue. [Lib. Feud., I, 4] et in c. i. §ad hec versi [PENDING], dum tamen scias in titu. hic finitur 1. unde [Cod., 3, 28,6] Hierony. non satis est benevelle, sed opus est benefacere, lxxxvi. dist. non satis [Decretum, I, 86, 14], et de his dictum est plene supra cum de infidelitate^{†gl} ageretur, xxiii, xxv et se. conclusionibus.

§3.9.8 Octavo proponitur defensio magis corrupta per quos piam dicentes quod literas a rege habent de non obediendo domino dalphino sed dicto duci et principi aurayce etc., hic omni alia sceleratior est, et plena omni iniquitate continens in se propentium scelus et non defen. ex pluribus et inter alia nam dicte litere afferte, habite, date, scripte, et sigillate fuerunt postquam in strage horribili concellarius connestabularius, et alii optimates de magno consilio proditore et hostili more necati fuerint, cum innumeris nobilibus Parhisius, sic in offensam maiestatis per rebelles, proditores, et infideles regi occupata, ac sigillis regis amentis omnibus officariis suis ac unigeniti sui presentia nudati et spoliati regimen regni falso oocupantis. Et sic ex falsis literis proponen. predicti nituntur scelera sua convelare quod velare non est, sed flagitia sua exhibere graviora, nam exhibebant nedum actus suos huiusmodi materialiter fore perversos, sed etiam formaliter et ratione modos, nam sub falsis literis etc., et consequenter scelera nequiora, nam forma illicita de se facit actum impium, licet materia bona esset; hinc dicitur non sufficet bonum facere nisi et illud benefiat,^{†gl} et ratio scribitur, Deuterono. xvi ca. [Deuteronomy 16, 20]: Iustam, iuste prosequere rem. passio enim Christi fuit mala, quatenus difformiter et mala mente facta, ita quod defectus iste formalis gravior est quam materialis, nam licet iniuste materie iudicatur, tenet sententia nec sequitur pena, et tamen si ex falsis instrumentis, et literis indicaretur, et crimine falsi puniretur, et iudicatum non teneret. Et ideo dicit Greg. [PENDING] quod simulata equitas duplex est iniquitas. Preterea quomodo possunt hec allegare, nam ante illas literas per plures menses obediverant infidelibus, rebellaverant se regi et domino eius unigenito, et sic proditioes et rebelliones commiserant ante illas, et sic non potest sumi excusatio ex eis. Ceterum nonne proterva cogita eorum in his malitia, nam literis prioribus valde datis per regem in suo maximo consilio, connestabulario, cancellario et aliis viris spectabilibus de sanguine regio et aliis optimatibus presentibus, quod dicto domino dalphino regis locumtenen. et non duci Burgundie aut alteri cuiquam obediretur contine. obedire proterviter recusaverunt, inobediendo dicto domino dal[89v]phino infidelibus obedientes per omnia, ut supra dictum est, mandata regia rebelliter per impediens, his tamen falsis literis, et false sigillatis fidem adhibentis inherent, veras priores repellentes dicentesque bonas malas et malas bona, contra quos scribit propheta [Isaiah, 5, 20] sic inquit: Ve qui dicitis bonum malum et malum bonum, ponentes tenebras, et Hiero. [read: Proverb.]: Si quis dixerit iustum, iniustum vel econtra abhominabilis est uterque apud deum etc. [Proverbs, 17, 15], et captus ductus est populus etc., et infra et inferius operuit os

THIRD TRACT

§3.9.9 *Ninthly, a frivolous defence is shown by those who say that if we couldn't resist usefully, then resistance would have been useless.*

3.9.10 *Tenthly: not valid, because it is alleged contrary to all reason, is the excuse of not having collaborated much, nor seceded, out of fear of losing one's property or suffering personal danger.*

suum, absque ullo termino et incurvatur homo etc., et exaltabitur dominus scilicet rex in iudicio et iustitia etc. [Isaiah, 5, 16], et infra propter hoc, sicut devorat stipulam et ligna ignis etc., sic radix eorum quasi favilla erit, et germen eorum quasi pulvis ascendet etc., ut hec plenius habenter Esa. v c. [Isaiah, 5, 24] et in decretis xi. q. iii, c. si quis [Decretum, II, 11, 3, 54] et c. ve. [Decretum, II, 11, 3, 56] debuissent ergo dicere cum psalmista: declinate a me maligni, et mandata domini mei, scilicet regis et eius unigeniti. scrutabor et cum hoc prefatum ducem et principem Aurayce repulissent etc.

§3.9.9 Nona frivola defensio exponitur per nonnullos inquietantes nos non poteramus utiliter resistere, et ideo frustra fuisset per nos facta resistendia etc., sed hoc non procedit nam supposito quod sic esset nihilominus in universo defecerunt, nam [universitas](#)^{†gl} potest delinquere sub qua universitate delinquentes continerentur mulieres, infantes et innocentes suppositi, ut patet peritis clarum. Ceterum nec in singulis suppositis videlicet procedit hoc dictum, nam quamvis non potuissent utiliter resistere si fideles vere fuissent, debuerunt saltem recedere fugere, ac cum fideiibus permanere. iuxta illud Jo. ii c. [John, 2, 19]: si fuissent ex nobis, permansissent utique nobiscum etc., et in psal. [Psalm 83, 11] Elegi abiectus esse in domo domini dei mie, quam habitare in tabernaculis peccatorum etc., antequam [90r] inobedien. rebellionem committere, aut cum infidelibus aut rebellionibus conversari vel in eisdem villis esse, hinc dicit dominus populo israel per Mosen, recedite a tabernaculis peccatorum, et nolite tangere que ad eos pertinent ne involvamini peccatis eorum, ut habetur Numeri. xvi [Numbers, 16, 26]. Unde inquit Esaias: Redite, redite exite, inde pollutum nolite tangere, exite de medio eius; Esa. lii [Isaiah, 52, 11]: nam qui picem tangit, coinquinabitur ab ea, et qui communicaverit superbo, induet superbiam, Ecclesiasti[cus] xiii [Ecclesiasticus, 13, 1]; et Augu. [PENDING] per non incorruptus poteris permanere, qui corruptis satiaris; hinc apostolus: Exite de medio eorum, et separamini, ait dominus, et immundum ne tetigeritis etc.; II ad Corinth. vi. [2 Corinth., 6, 17]: Cohabitatio mansio probat mentem, et detegit; iuxta illud Jo. ii c. [1 John, 2, 19]: Nam si fuissent ex nobis etc.; et illud Psal. [Psalm 83, 11] Elegi etc., ut supra.

3.9.10 Decima defensio, qua dicitur non multum coadhibuerunt, et non recesserunt, ne bona sua perderent, aut periculum in persona etc. contra omnem rationem allegatur. nam tex. in c. illud, de maio, et obe. [Decretales, I, 33, 5] dicit quod propter aliquod commodum vel bonorum observationem, non est inobedientia rebellio aut alia iniquitas facienda quia obedientia et fidelitas sunt de veritate vite, ideo propter aliquod scandalum damnumve non debent dimitti, ut c. qui scandalizaverit, de re. iur. [Decretales, V, 41, 3], ut dixi supra quum de obedientia ageretur,

THIRD TRACT

§3.9.11 *Eleventh: manifestly weaker still, is the defense some make that they have not seceded, but have aided the infidels in order to avoid making even worse things happen, to reduce the harm being inflicted and to have some of them revoke their wrong ways.*

penul. et fina. conclusionibus, et quia melius est omnia inala pati quam malo inobedientie aut alteri consentire, xxxii, q. v, c. ita ne. [Decretum, II, 32, 5, 3], et qui secus agit, amorem die, amori mundi proponere se manifestat, et ex hoc non exclusus a peccato, cum nec etiam occisores corporis sui sint metuendi contra mystitiam hominum impellentes, ubi habetur xxxi, questio ii, lotharius [Decretum, II, 31, 2, 3], et de hoc plene dixi supra quum de fidelitate^{†gl} amoris que in amore consistit ageretur, §septimum sic incipit.

§3.9.11 Undecima defensio debilior patet, cunctis, aliqui namque proponunt se ideo non abscessisse, sed cum fidelibus adfuisse, ut proficerent, eos a gravioribus revocando et in multis illos retrahendo, ut minus nocerent, et alios ab erroribus revocarent etc., nam pro salute corporali cuiuspiam non est ab obedientia recedendum, ut habetur 1 Regum xv [1 Kings, 15], nec enim propter opera pietatis, lis, opera impietatis idest inobedientie attentare, ut dicit glo. in c. illud, de maiori. et obedientia [Decretales, I, 33, 5], pro quo xxx, q. i, ca. nosce [Decretum, II, 30, 1, 3], sicut nec furtum faciendum, causa pascendi pauperes, nec fornicationes ad gignendum prolem. xxxii, questione iii. c. sicut [Decretum, II, 32, 4, 8], tales enim (quod non licet) sic agentes graventur potius quam iuventur, et talibus ira domini est putanda, sicut patuit in Saule qui iram dei meruit eo quod contra obedientiam pepercit Agath. regi et gregibus, ut habetur in xv. ca. allega. [1 Kings, 15] Et ex hoc fuit regno privatus ut ibi tales enim imaginationes, diaboli calliditate suggeruntur, secundum Augustinum xiiii, questione v forte [PENDING], et ideo dicitur quod pro proprio vel alterius aut aliquo alio bono, nam obedientia est, de veritate^{†gl} vite ut dictum est supra cum de obedientia ageretur, igitur numquam pretermittenda etiam pro quocunque scandalo vitando, ut c. qui scandalizaverit, de re. iur. [Decretales V, 41, 3], pro quorum confirmatione, sic lex ait qui rem a duce prohibitam fecit aut mandata non servavit capite punitur etiam si res bene gesserit, ut l. iii, §in bello, de re mili. [Dig., 49, 16, 3(§15)] ubi videtur text. de predictis, et quod pro quanto cunque bono non est pretermittenda obedientia sed inobedientia punienda quamvis ea bonum sequatur, ut ibidem dicitur ad literam.

THIRD TRACT

§3.9.12 *Twelfth: not valid is the claim advanced by perverse individuals who say that rule of the kingdom did not really belong to the Dauphin because of he was not of age and therefore not to be obeyed, which is false.*

§3.9.12 Duodecima non procedit, imo cum omni infidelitate proponitur, quod dicunt perversi quidam dicentes quod regimen regni non pertinebat ad dominum delphinum propter defectum etatis, et ideo non obediendum etc., quia hoc est falso **falsius**^{13†g†}, ut declaratum est supra in primo tractatu in prosecutione quarti articuli ideo etc., naturalis enim indita ratio suadet cuicumque quod filio licet omnino minori potius quam alteri potissime annum xvi agenti regni regimen pertineat, rege impedito tanquam in eo successuro, et ius iam habenti formatum et affectionem plenioram, et aliis meliorem ad regnum habenti ut predeclaratum est. Et etiam ex patris voluntate naturaliter presumpta et que talis creditur naturaliter et in quolibet patre ut magis regimen sit, et regnum ad filium quam ad extraneum [90v] voluerit pertinere, ut tu habes in lege scripto, unde liberi et lege [Cod., 6, 14, 3], nam et si parentibus propter unitatem idempnitatem aut corporis et persone, unde Joan. v¹⁴ [read: iii] [John, 3, 35] dicitur pater diligit filium et omnia dedit in manu eius, tum etiam quia omnia (que habet pater) sunt filii, ut habetur Joan. xvi [John, 16, 15], iuxta etiam illud omnia tua mea sunt, et omnia mea tua sunt ut habetur in dicto c. xvi, preterea rex per magnum consilium in quo erant presentes de suo sanguine multi et alii maiores regni eundem dominum dalphinum locumtenen. regni generaliter regni fecerat, ut diu ante predicta innocuerat per literas regias infidelibus predictis, et aliis cunctis de regno, cui soli ex regio precepto obedite, et non aliis iurata fide tenebantur, et sic non valet dicta maliciosa exceptio, ut 1. quidam consulebant in fi., de re iudi. [Dig., 42, 1, 57], unde Joan. xiii [John, 13, 3] omnia dedit pater eius, in manus eius etc.

Porro ad magis convincendum rebelles qui obedierunt duci burgundie et domino Dorguelli ac sequancibus non habentibus aliquam potestatem nec a rege, nec ab homine, nec quavis ratione, nullisque sufficientibus exhibitis literis fidelitates iuratas illis pollicendo, cum omni infidelitate in his proceden. filio unigenito potestatem ratione indicta et suo iure proprio, ac etiam ex voluntate patris expressa qui eum unicum locum tenen. suum fecerat, omni iure divino et humano fulcita et presumpta habenti restituerunt lucem tenebras, et tenebras lucem, ac bonum malum et econverso luce amarum dicen. et defenden cum omni plenitudine iniquitatis, et ideove illis Isa. v c. [Isaiah, 5, 20], nam nulla iniquior perversitas ut patet etiam ydiotis manifeste. Ceterum ceteri primogeniti regis premortui, rege sic regere (ut predicatur) impedito semper regnum inconcusse consueverant regere licet annis forent minores per rationes predictas igitur non minus credere et permittere debuerunt in isto.

¹³ Gloss misplaced at *primo*, 6 words later.

¹⁴ The text of John, 5, 36 is sufficiently like that of John, 3, 35 (which is quoted here literally) to indicate that Terrevermeille was confusing these two passages.

THIRD TRACT

§3.9.13 *Thirteenth: not valid is the claim of Burgundians, Picards, and other residents who claimed that their duke owed allegiance to the Duke of Burgundy etc.*

Quid ergo de his frivolas et ineptas proponentibus elocutiones et varia inigmata dici debeat, certe illud quod dicit ysaias, omnia (que loquitur populus iste) coniuratio est idest et offenderunt ex eis plurimi et cadent, et consequenter et capientur ut habetur ysa. viii [Isaiah, 8, 12], quia universum os eorum locutum est stultitiam Isa. ix [Isaiah, 9, 17].

§3.9.13 Tertiodecimo non valet talis palliata burgundiorum picardorum et aliorum de terra dicti ducis allegatio dicentium quod ipsi tenebantur duci Burgundie obedire etcetera. Et consequenter quod non deliquerant, nam intentio dicti ducis et precepta in his fuerunt illicita rebellionem, inobedientiam, infidelitatem, prodicionem, et maiestatis lese offensionem causative, et sic evidenter illicitis non est obediendum superiori, ut habetur et no. in dicto c. ad aures de tempo. ordi. [Decretales, I, 11, 5] et in c. illud de ma. et obe. [Decretales, I, 33, 5]. Ceterum in his que contra regem Francie et eius unigenitum statum et prosperitatem, fidelitatem, obedientiam, honorem, pacem et tranquillitatem eorum, aut regni cedunt aut contingunt burgundiones picardi flandrane et similes cum sint de corpore regni non sunt dicto duci subditi aut obligati. sed econtra regi et eius unigenito contra dictum ducem probatur nam magis tenetur unum quodque membrum suo mystico capiti alteri mystico inferiori aut membro sine supposito, quod patet gradus contra patrem, filium, fratrem et similes tenetur iuvare dominum et caput suum mysticum, ut c. primo et fi. in feud. hic fi. l. [Lib. Feud., II, 28] etc. et etiam contra alium suum dominum quamcumque inferiorem^{†gl} nam caput supremem mysticum preferri debet cuicumque mystico capiti vel domino inferiorem sine economico, ut dicto §quum tamen [PENDING] dicit quod contra patrem, pater enim, pater caput est mysticum familie sue domestice sine alii cuicumque inferiori ut ibidem in femine cum dicit, hic enim ceteris est preferendus etc., per id quod l. ait, [Dig., 42, 8, 10] quod tuitio sine disciplina castrorum antiquior sint civibus, et parentibus Romanis quam liberorum, l. postlim. §filius, de capti. et postli. rener. [Dig., 49, 15, 19], unusquisque enim patrie sue, ut l. i, §generaliter, de ven. in po. mitten. [Dig., 37, 9, 1]. Et licet liberis necare parentes, et econtra qui venerunt ad patriam delendam, l. minime, de reli[91r]giosis et sumptibus funerum [Dig., 11, 7, 35] etcetera. Et probatur per rationem, nam caput supremum mysticum magis influit esse conservativum in membris quibuslibet suis quam capita alia inferiora, sicut dicitur quod prima causa magis influit quam secunda causa, ut habetur in libro de causis, et consequenter illi magis tenentur quam per plus esse conservativum obtineat, hec enim est causa quare unumquodque membrum naturale vel mysticum ad defensionem sui capitis teneatur, ut dictum est supra in hoc tertio tractatu, quum de infidelitate (que in amore consistit) ageretur.

Porro in his quum sint gravia et illicita precepta, obedire non debuerunt hec obedientia excusati sunt, nam obedientia servi, et alii dominis suis in atrocioribus non excusantur, ut lege ad ea., de regulis iuris. [Dig., 50, 17, 200], igitur etcetera, non enim opem licitam aut rectam facere obedientia dicitur, qui in his obediret illicitis aut iuvaret, quartadecima questione sexta, si res

THIRD TRACT

§3.9.14

Fourteenth: simply stupid is the excuse of those who say that they were seduced in their actions by certain burgundian (?) churchmen or jurists, or their like.

[*Decretum*, II, 14, 6, 1], unde dicitur iubet proconsul, vetat imperator magis imperatori obediendum, nam si inferior imperat quod a domino prohibitum est execrabilis est omnibus qui dominum diligunt, undecima questione, tertia c., qui resistit [*Decretum*, II, 11, 3, 95] et c. si is qui preest [*Decretum*, II, 11, 3, 99], igitur etc. Et pro confirmatione horum accedat, quod no. in Specu. in titu. de feu. §inde versi. quintodecimo [PENDING Vincent de Beauvais?], ubi hanc partem et conclusionem tenet, licet per alias rationes precedentes puto efficaciores et ideo posui rationes dicti spei omittendo.

§3.9.14

Quartodecimo debilis lymptide est excusatio aliquorum asserentium per aliquos ecclesiasticos burgenen. iurisperitosve aut similes in his se seductos etc., afferendo illos fuisse huius perfide actores etc. nam licet (ut inquit Hierem.) A sacerdotibus et prophetis omnis pollutio[†] etiam in tempore [92r] legis scripture egressa fuerit super omnem terram, quia sacerdos et propheta pollutum prophetantes in Baal et decipientes populum, ac confortantes manus pessimorum, ne converteretur unusquisque a via mala sua, ut hec habentur Hieremie. xviii [*Jeremiah*, 18, 11]. Non tamen ideo fuit populus per illos (ut ibi et Hierem. xii [*Jeremiah*, 29, 4] inquit propheta) seductus excusatus, qui captivus transmigraverit Babylonem et penis aliis severis fuerit flagellatus, ut habetur 4 Reg. in pluribus capitulis circa finem [4 Kings], nam inobedientiam non excusat deceptio tertii, nam licet propheta deceptus fuerit per alium prophetam inobedientiam contraxerit, non ideo est, quinimo morsu leonis cecidit interemptus iii. Regum xiii [3 Kings, 13, 26] similiter, licet principes sacerdotum et seniores populi per invidiam Jesum non perderent, Matt. xxvii [*Matthew*, 27, 1]. Non fuit populus ex hoc extra crimen, nec permansit impunitus, ut c. fina. xxiii. q. iii, sicut [*Decretum*, II, 23, 3, 11], nec populus inde fuerunt innoxii, quos Manasses peccare fereat, quinimo non minus deus induxit super eos mala ut habetur 4 Regum xxi [4 Kings, 21, 11], et ratio horum est quia latria deo, fidelitas, ac obedientia capiti mystico et superiori debentur ex ratione et iure, lumine naturali unicuique indito, iuxta illud psal. [Psalm 4, 7]: Signatum est super nos lumen vultus tui domine, et probatur etiam, viii. distinct nona [*Decretum*, I, 9, 8], ubi sic inquit Augustinus. Generale quippe societatis humane peccatum est, obtemperare regibus suis, quantomagis deo etc., facit l. ii, de iustitia et iur. [*Dig.*, 1, 1, 2], et ideo in his decipere vel decipi idem sunt et nihil distant., xvi q. i, si cupis [*Decretum*, II, 16, 1, 5], et ob hoc inexcusabiles etc. ad Roma. i. ca. [*Romans*, 1, 29] in talibus enim persuasionibus quantumque etiam sanctorum ad herendum non est, hinc dicit text. mandatur martyres aliqua fieri que non sunt scripta in lege domino ante est, ut sciamus illos a domino hoc impetrasse, et tunc facere quae mandant etc., l. distin. si quis prepostera [PENDING], pro quo et illud Hierem. xxiii. ca. [*Jeremiah*, 23, 16]: Nolite audire verba prophetarum qui prophetant vobis, et decipiunt vos etc. sequuntur enim spiritum suum et nihil vident, Ozee [read: Ezekiel] xiii [*Ezekiel*, 13, 3]. Et ideo petiit lex a sacerdote, et consilium a senioribus, et potissime minus excusati sunt, quia advisati fuerunt super his, et per

THIRD TRACT

§3.9.15 *Fifteenth: quite unreasonable is the excuse of those who say they have gone over to the Duke of Burgundy and his accomplices due to the heavy tax their king has imposed on them for a long time, because, even if true, that is not just cause to be unfaithful to one's true master.*

regem prohibiti fuerunt super his, et per regem prohibiti, edeo inexusabiles et dolosi, ut 1. de fundo, de rei vendi. [Dig., 6, 1, 39] et 1. ait pretor, §si quis particeps. que in frau. credi. [Dig., 42, 8, 10], et illud Jo. xv [John, 15, 22]: Si non venissem, et eis locutus non fuisset, peccatum non haberent; unde Esa. xlvi [Isaiah, 48, 5]: predici tibi extunt, antequam venirent iudicare tibi, ne forte diceres, tales fecerunt etc.

§3.9.15 Quintodecimo extra rationem est quod aliquis excusabitur modo proponunt se dicto duci et complicibus adheruisse etc. ab onera gravia que diutius rex imposita in regno exigebat, nam supposito quod sic esset non debuerunt a domino suo vero fornicari, iuxta illud in Psal. [Psalm 72, 27]: Qui elongant a te vero, scilicet domino, peribunt, et qui fornicantur abs te perdidisti, nam obedientia^{†gl} et fidelitas (ut supra dictum est) sunt de veritate vite, ideo etc., ut c. qui scandalizaverit, de regulis iuris [Decretales V, 41, 3], et dictum est supra, et ideo quod nullo commodo, aut damno vitando debuerunt obedientiam preter mittere, aut fidelitatem, ut c. illud, de maioritate et obedientia [Decretales, I, 33, 5]. Nam melius est omnia mala pati quam malo consentire, trigesima secunda questione, quinta capitulo, ita ne [Decretum, II, 32, 5, 13] nam tales amorem bonorum, amoris dei, et veritatis vite proponunt, et ideo inexcusari, trigesima prima questione ii. lotharius [Decretum, II, 31, 3, 3]. Et ideo ad hoc propositum dicit textus quod licet onus a superiore impositum sit difficile et onerosum, nihilominus tamen ferendum, et pia devotione tolerandum, decimanona distinctione, capitulo in memoriam [Decretum, I, 19, 3]. Et hoc propter bonum obedientie, sine qua nemo fidelis, septima [read: optima] questione prima, sciendum [Decretum, II, 8, 1, 9]. Et propterea populus Israel etc. qui ex hoc Roboan, rex et filius ac successor Salomonis, noluit ei minime paululum de iugo durissimo illi imposito per Salomonem minuere, sed dure respondit quod gravi iugo per patrem imposito, gravius superaddent adversus dominum Roboan rebellavit, et dominum Hieroboan tyrannum agnovit [92v] et illi adhibuit, non fuit ex hoc innocuus sed culpabilis, quamobrem deus et dominus omni semen Israel fuit indignatus, et demovit eos, et dedit illos in directionem, quia ab imitate regni et capitis sui mystici dissipati alteri adhibuit, et tanta fuit adversum illos divina indignatio, quod prophetam apud Hieroboam missum, ut illius peccata exprobaret, prohibuit apud eos panem edere et aquam bibere, 3 Reg. xii, xiii. ca. [3 Kings, 12 & 13], ubi hec leguntur. et vii. q. i. c. denique, [Decretum, II, 7, 1, 9] hec recitantur, minus autem fuerunt innocui, et sunt ville, patrie, et civitates, oppida, ac supposita regni, sed veris obnoxiores, nam cum hostis antiquus regni huius, rex Anglicus ingressus quum non modico exercitu regnum esset, cui ad resistendum pecuniis iuvaminum domainique rex et eius unigenitus indigerent, et ab hoc iuste dicta, et alia iuvamina imponere et exigere possent et exigerent, iuxta 1. neminem et glo. ibi, [Cod., 1, 2, 11] et 1. iubemus, de sacrosan. eccle. [Cod., 1, 2, 14] et 1. ii, §ii, ad le. rhod. de iac. [Dig., 14, 2, 2(§2)], ipsi tamen de facto eadem subsidia et media

THIRD TRACT

§3.10.0

Tenth Article of the Third Tract

The final article, which will examine the punishments due to the regions, cities, fortifications and subjects of the kingdom for their crimes, described above, is divided into four parts: (1) by what punishments by themselves; (2) by what punishments according to their social status; (3) by what punishments in respect to their possessions they should be constrained; (4) if the punishments are redeemable by an act of grace, the effects of such remission.

§3.10.1.0

Concerning punishments for disobedience, treason, infidelity, rebellion and the crimes of lese majesty, I pose the following conclusions.

§3.10.1.1

First conclusion, that inobedience, infidelit, rebellio, and treason coexist among themselves, because all inobedience is infidelity, and there can be no fidelity without obedience.

§3.10.1.2

Second conclusion, that disobedience, infidelilty, rebellion and treason are truly grave crimes.

defensive regi et eius unigenito, ac omnem fidelitatem et obedientiam substraxerunt, sic consequenter dicto hosti opitulantes, ut l. necare. de libe. agnoscen. [Dig., 25, 3, 4] et regula iuris que non facit hec autem circumstan. in Roboan, et populo ei rebellante non aderat, et idcirco hec patrie et ville cum suppositis nequiores.

§3.10.0

DECIMUS ULTIMUS ARTICULUS

Ultimum aggreiens articulum in quo agetur quibus penis patrie, urbes, ville, oppida, et supposita regni supradicti plecti debeant pro supradictis criminibus et puniri, pro apertiori notitia in quatuor principales articulos subdivido. Primus est quibus penis corporalibus in seipsis. Secundus est quibus penis quo ad sui statum. Tertius, quibus penis in bonis debeant coerceri. Quartus, an pene huiusmodi sint remissibiles per dispensationem et de effectibus remissionis.

§3.10.1.0

Circa primum quibus quidem penis pro inobedientia proditiois, infidelitatibus, rebellionibus, et lese maiestatis criminibus supradictis debeant in seipsis castigari pono conclusiones sequentes.

§3.10.1.1

Prima conclusio. quod inobedientia, infidelitas, rebellio, et proditio sibi coincidunt aliquo saltem sic, quia omnis inobediens est infidelis, et sine obedientia nemo fidelis, vii. q. i. sciendum [Decretum, II, 8, 1, 9], et omnis rebellis inobediens, ut habetur in c. illud, de maiorita. et obedien., [Decretales, I, 33, 5], facit c. sane, de officio delega. [Decretales, I, 29, 33]. Et consequenter omnis rebellis infidelis, similiter omnis proditor infidelis, u. 1. athletas, §fina. [Dig., 3, 2, 4] et ibi per glo. de his qui notan. infa. [Dig., 3, 2, 4] et xi. q.iii. nolite [Decretum, II, 11, 3, 84] et similiter infidelis proditor. ut patet ex diffinitionibus utriusque supra tactis.

§3.10.1.2

Secunda conclusio, quod inobedientia, infidelitas, rebellio et proditio sunt gravia crimina valde. Probatur conclusio ex genere penarum et illarum gravitate que pro illis imponuntur, nam id crimen tanto probature sceleratius, quanto severius vindicatur, ut dicit tex. xxiii. q. i. non afferimus [Decretum, II, 24, 1, 21] gravissime enim pene pro his imponuntur, ut infra dicetur igitur

THIRD TRACT

§3.10.1.3 *Third conclusion, that disobedience, infidelity, rebellion and treason differ among themselves in two ways: sometimes they hurt the honor, status, majesty, peace, unity and tranquillity of the body and head of the mystical entity as a whole, sometimes they affect just a particular part of it, as will be apparent in what follows.*

§3.10.1.4 *Fourth conclusion, that the disobedience, treason, infidelity, rebellion and similar semblables are harmful to the status, majesty, authority, honor, peace and tranquillity of the body or head of the mystical entity, and each one of them causes and produces the crime of lese majesty, and consequently those who commit the crime have to be punished accordingly.*

§3.10.1.5 *Fifth conclusion, that the infidelity, disobedience, treason, rebellion and other thing of this kind which are harmful to the status, majesty, tranquillity, etc. of head and body of the mystical entity, and the the authors and accomplices, etc., of the same crimes are punished in many ways, sometimes even private punishment is allowed.*

etc. Preterea ex quo obedientia sive fidelitas est maxima virtus, ut c. sciendum [Decretum, II, 8, 1, 9] supra allega. per eam reges regnant, et bonum consistit universi, ut dictum est supra quum de obedientia ageretur, igitur opposita, videlicet inobedientia, infidelitas, etc. sunt immania crimina, istam constantiam facti tex. in c. sciendum [Decretum, II, 8, 1, 9] alleg. Ceterum inobedientia, rebellio, et huiusmodi infidelitatis quasi scelus continent idololatrie, ut ibi quo nullum gravius, attento obiecto, igitur et cetera.

§3.10.1.3 Tertia conclusio, quod inobedientia, infidelitas, rebellio, et proditio sunt in duplici differentia, nam aliquando repugnant honori, statui, maiestati, paci, unitati et tranquillitati corporis et capitis supremi mystici, ut in proposito, aliquando principaliter repugnat aliqui utilitati partuculi, ut ex subiiciendis apparebit.

§3.10.1.4 Quarta conclusio, quod inobedientia, proditio, infidelitas, rebellio, et similia repugnant statui, maiestati, imperio, honori, quieti, paci, et tranquillitati corporis capitisve mystici supremi, et causant, efficiunt simul et quodlibet eorum et transeunt in speciem criminis lese maiestatis, et consequenter penis illius, committentes veniunt coercendi, probatur assumptum quia ex talibus formaliter et materialiter offenditur maiestas huiusmodi, ideo etc., ut patet ex 1, i, ii, et iii et ex. 1. fi., D. de le. iuli. maie. [Dig., 48, 4, 1-3 & 11] et in 1. quisquis, c. i, titu. i. [Cod., 9, 8, 5] et in extravag. quoniam impe. [(Feudal) Extravag., Tit. I] et vi. q. ii. quero §i, [Decretum, II, 6, 1, 21] consequentia probatur per tex. 1. quoniam multa, C. ad le. jul. de vi. [Cod., 9, 12, 6], ubi patet quod violentia (cui coincidit homicidium) punitur pena homicidii, similiter dicitur de raptu in 1. i. de rap. virgi, [Cod., 9, 13, 1] igitur etc., et maxime hoc casu quando inobedien. infidelitas etc. sumitur pro lesione maiestatis directe, ut 1. v, de fur. [Dig., 47, 2, 21].

§3.10.1.5 Quinta conclusio, quod infidelitatis, inobedientia, proditio, rebellio, et alia huiusmodi repugnantia statui, maiestati, tranquillitati etc. capitis et corpori mystici supremi, et eorundem scelerum actores et complices etc. puniuntur multipliciter aliquando ipso iure dante facultatem privato puniendi, et de hoc dicetur infra proximis conclu[93r]sionibus, aliquando autem quia ad

THIRD TRACT

- §3.10.1.6 *Sixth conclusion, some say it is allowed that anyone can be given legal permission to kill traitors, rebels, disobedient people, and infidels of the state, majesty, tranquillity etc. of the body and head of the mystical entity.*
- §3.10.1.7 *Seventh conclusion, that all the habitants of the kingdom who consort with the enemy and willingly give them aid, hope or tribute, have been and are considered to be hostile and can be either killed outright, without further ado, or reduced to slave captivity.*
- §3.10.1.8 *Eighth conclusion, he who is notorious, and unremttingly such, who cannot be changed from his consortium with the enemy, can be killed by anyone.*

comprimendum infidelitatis, prodicionis, rebellionis et inobedientie crimina huiusmodi graviora, aut bellum inducitur contra rebelles, ut ad obedientiam et ius et pacem reducantur, prout ex dicendis apparebit aliquando autem pena infligitur ipso iure secundum bonorum et status delinquentium qualitatem, aliquando autem quia pena imponitur a iudice corporalis, et alia ut manifestabitur inferius.

- §3.10.1.6 Sexta conclusio, quod secundum aliquos unicuique licet proditores, rebelles, inobedientes et infideles adversum statum, maiestatem, tranquillitatem, etc. corporis et capitis mistici supremi auctoritate iuris occidere, probatur conclusio secundum aliquos per 1. iii, §fin. ad 1. cor. de sicca. [Dig., 48, 8, 3(§6)]. Iuncta 1. proditores, de re milit. [Dig., 49, 16, 7], ubi patet quod omnis transfuga est proditor adversus corpus, et caput mysticum, et ideo potest immune occidi, ut habetur in dicta 1.iii., §fi. [Dig., 48, 8, 3(§6)]. Et seculi capi possunt tales huiusmodi per 1. transfugas, de acqui. re. do. [Dig., 41, 1, 51], et hec conclusio sint plurium, ego vero dico sic, quod omnis infidelis, proditorve transfuga ad hostes potest occidi per quamcunque, et captivari per legibus predictas que hoc dicunt ad literam, sed proditor non transfuga ad hostes non, nam nec lex hoc didit igitur etc. ut 1. fi., de pe. [Cod., 9, 47, 26] et c. in poenis, de re. iur. [Lib. Sext., V, 5, 49]. Ceterum transfuga apud hostes iam mente, et opere hostis exhibetur igitur etc., sed non sic in non transfuga potissime quando potest haberi iuri satisfactorius, et ideo notantur tex. d. 1. amissione, §qui deficiunt [Dig., 4, 5, 5(§1)] et corpore exigit quod apud hostes se transtulerint, et in contumacia eorum pro hostibus fuerint declarati, etc.
- §3.10.1.7 Septima conclusio, quod omnes habitatores regni qui cum hostibus se converterunt et eis sponte adhererunt auxilium, opem, vel tribuerunt, fuerunt, et sunt hostes censendi, ut tales propria auctoritate, idest sine alia licentia possunt, et potuerunt occidi, et ut servi captivari, per 1. iii., §fi., ad le. come. de sicca. [Dig., 48, 8, 3] et 1. trausfuga., de acq. re. do. [Dig., 41, 1, 51] salvo, eo quod contra dicetur de hac servili captivitate infra dicetur.
- §3.10.1.8 Octava conclusio, quod ex quo notorium est per notorium permanens tale, quod nulla potest tergiversatione celari vel declaratum quod aliquis se converterit apud hostes, potest talis occidi per quemcunque etc., ut dictum est. Probatur hec conclusio in 1. amissione, §qui deficiunt [Dig., 4, 5, 5(§1)], iuncta extravag. quoniam [(Feudal) Extravag., Tit. II], pro quo quia talis diffidatus est, ut 1. iii, §fi., ad le. come. de sicca. [Dig., 48, 8, 3(§6)] et c. felicis de pe., li. vi. [Lib. Sext., V, 9, 5],

THIRD TRACT

- §3.10.1.9 *Ninth conclusion, enemies, in the matter at hand, are those against whom a lord or people who do not recognize a superior take arms.*
- §3.10.1.10 *Tenth conclusion, by way of elucidating these premises, so as to see how and in what fashion one should (or can) take actions against the infidels, rebels, and so forth, there is a difference between undertaking a war (guerra) or a battle (bellum): properly speaking, bellum is fighting between people who live under different jurisdictions, while guerra denotes warfare between people living within the same jurisdiction.*
- §3.10.1.11 *Eleventh conclusion, the lord or people that does not recognize a superior can declare war even against a rebellious or disobedient subject, etc., above all when rebels and infidels of this kind resist to the bitter end—that is, up to the point of exterminating the honor, status, and majesty of the prince or mystical body.*

igitur potest occidi iuxta c. pro humani. de homicidio [Lib. Sext., V. 4. 1], potissime forma ibi tradita.

- §3.10.1.9 Nona conclusio, quod hostes in hac materia sunt hi contra quos dominus vel populus superiorem non recognoscens bellum decernit etc. iuxta 1. hostes, de capti. et postliminio redemptis [Dig., 49, 15, 24].
- §3.10.1.10 Decima conclusio, pro declaratione premissorum ut quia videatur quomodo et qualiter sit procedendum, vel procedi possit, contra infideles vel rebelles etc. est quod aliquando proceditur per guerram, aliquando per bellum, guerra enim et bellum differunt specificè, nam bellum proprie indicitur et communiter contra populum et dominum iurisdictioni et potestati ius dicentis non subditum, et secundum hec non intelligitur 1. hostes [Dig., 49, 15, 24], unde Joan. Januensis, super hoc verbo hostis, [PENDING] dicit quod proprie hosti sunt equales sibi invicem, quorum non alter alteri est debens, nec subditus, et tamen hostes bello fiunt, ut precedenti conclusione, igitur bellum inter tales sibi invicem non subditos, guerra autem indicitur et sic etiam proprie contra populum et gentes imperio ius dicentis subiectis ut 1. in rem, de rei vendi. [Dig., 6, 1, 24] et 1. si quis in hoc genus, C. de epi et cle. [Cod., 1, 6, 10] et C. de his qui latro. occul. [Cod., 9, 39], et hec proprie dicitur iuris executio, hic aperte no. Inno. in c. olim, de resti. spo. [Decretales, II, 13, 12]. Ceterum guerra et bellum etiam de iure civili specie differunt, ut habetur in 1. iiii, de capti. et postli. rever. [Dig., 49, 15, 4], verumtamen aliquando indicitur bellum contra subditos, sed non sic proprie, ut sequitur.
- §3.10.1.11 Undecima conclusio, quod dominus vel populus non recognoscens superiorem potest indicere bellum, etiam contra subditos, rebelles et inobedientes etc., maxime quando rebelliones et infidelitates huiusmodi cedunt et repugnant in exitum, idest in exterminium rei publice honoremque status et maiestatis principis huiusmodi sive corporis mystici. Probatur conclusio per 1. amissione, §qui deficiunt in vers. sed hi. de capi. minu. [Dig., 4, 5, 5(§1)], iuncta 1. si quis ingenuam, §in civilibus [Dig., 49, 15, 21(§1)] ibi, tamen in exitum de postli. rever., pro quo glo. in 1. hostes eo titu. [Dig., 49, 15, 24] et sic intelligitur glo. super ver. antiquam, de heredi. et fal.

THIRD TRACT

[N.B.: §3.10.1.12 *missing in 1526 imprint.*]

§3.10.1.13 *Thirteenth conclusion, where there is guerra between the lord and subjects, and not bellum, prisoners are not taken or made servants of their captors; this is different from the other case, where the conflict is with foreigners who do not recognize a superior.*

§3.10.1.14 *Fourteenth conclusion, when bellum is waged by the lord against his subjects, anyone can kill the subjects if he wishes.*

[PENDING], ut dicam. infra xiii. conclu.

§3.10.1.13 Tertiadecima conclusio, quod ubi guerra est inter dominum et subditos et non bellum, capti non ducuntur nec fiunt servi capientium, nec alterius, secus autem si guerra esset inter alios, videlicet inter extraneos non recognoscens superiorem. Prima conclusionis pars probatur quia talis guerra nil aliud est in dubio quam iurisdictionis site executio, ut dixi supra. Et hanc conclusionem tenet Inno. in c. olim [Decretales, II, 13, 12] allegatam. Secunda pars conclusionis est textualis in §in pace [Dig., 49, 15, 5(§3)] allega. Si vero esset bellum indictum inter dominum non recognoscen. superiorem et subditos, tunc subditi et alii captivi essent servi capientium, ut est tex. cum glo. in 1. hostes, de postlimi. redem. [Dig., 49, 15, 24], pro quo 1. transfuga, de acquir. rerum dominium salvo [Dig., 41, 1, 51], et quod dicitur [93v] infra, xvii conclusione, advertendum forte circa predictas conclusiones de modo rebellionis subditorum an sit simplex, de qua loquitur 1. ii, de deserto [Cod., 12, 45, 2] vel talis per quam domino contradicatur illud negando et se equalem separatum ab illo exhibendo publice, ut primo casu obtineant predicta. Secundo casu sit idem quod in quibuslibet hostibus. Et sic intelligatur glo. in prin. de here. et falci., super ver. antiquam [PENDING], que aliter obstare videtur.

§3.10.1.14 Quartadecima conclusio, quod quando bellum est indictum per dominum contra subditos, quislibet potest illas interficere si velit, ut 1. iii, §fi., ad le. cor. de sicca [Dig., 48, 8, 3(§6)], quia tunc sunt hostes, ut ibi, secus puto quando solum est guerra inter dominum et subditos, tunc hoc licet privato quum sit iurisdictionis executiva, ut dictum est, sed subditus sic captus debet tradi iudicibus per eos penas legitimas subditurus, ut habetur in 1. ii, de his qui la. [Cod., 9, 39, 2] et 1. si quis in hoc genus, de episco. et cler. [Cod., 1, 3, 10], et hoc verum nisi adeo subditi resisterent quod in pugna vel concertatione necarentur, tunc enim mors illorum innoxia, et extra. omnem penam esset, ut 1. iii, de his qui ad eccle. confu. [Cod., 1, 12, 3]

Preterea bello iuste indito, bona capta hostium efficiuntur capientium, ut insti. de rerum divi., §item ea. [Inst., 2, 1(§19)] et 1. si quid in bello, de postlimi. redem. [Dig., 49, 15, 28] tradentur, tamen duci belli distribuendi cunctis secundum merita. Numeri c. xxxi [Numbers, 31, 27] et Josue viii [Joshua, 8, 27], et glo. xxiii, q. v, c. dicat [Decretum, II, 23, 5, 24], et est tex. i. dist., ius militare [Decretum, I, 1, 10] secus in bello iniusto, ar. c. i, in feu. hi fini. lex. [Lib. Feud., II, 28] quia ex improbitate sua iniustum bellum faciens dominium consequi non debet neque actionem, ut 1. itaque, de furtis [Dig., 47, 2, 12].

Ex quibus infertur quod quia non constat bellum inditum per inclytum dominum

THIRD TRACT

- §3.10.1.15 *Fifteenth conclusion, when the lord wages guerra against his rebel, disobedient and treasonable subjects, if some of them are killed, these same rebels are held responsible for the thefts, rapine, murders, extortions or other damages that have been suffered.*
- §3.10.1.15 *Sixteenth conclusion, in guerra as well as in bellum, the supreme lord can battle against regions, cities and town, subjects and rebels, not only by killing and laying sieges, but also by setting fires to, raping, pillaging or outright seizing of the person and the property of the inhabitants of the cities and towns.*

dalphinum contra patrias, villas, et civitates predictas etc., et consequenter dumtaxat fuit, et est guerra quam capti non efficiuntur, servi capientium per no. per Inno. in d. c. olim [Decretales, II, 13, 12], minus autem capti ab infidelibus et rebellibus predictis servis efficiuntur per eandem rationem, et per d. 1. itaque [Dig., 47, 2, 12]. Et quia ipsi et eorum magister tyranni dicuntur, ut dictum est, sed capti tyranni non fuit secundum glos. in 1. hostes [Dig., 49, 15, 24], igitur etc.

Infertum etiam quod rebelles etc. capti deberent tradi iustitiariis pro iustitia facienda de eis criminibus prodicionis, infidelitatis, inobedientie, rebellionis et lese maiestatis, et alii excessibus, iuxta dicta proxima in precedenti conclu, Et quod mors rebellium (qui in pugnis, certationibus, et egressionibus necati) extra omnem penam est (ut predictum est) in 1. iii, de his qui ad eccle. confu. [Cod., 1, 12(15), 3] patet.

- §3.10.1.15 Quintadecima conclusio, quod quando dominus guerram facit contra subditos rebelles, inobedientes vel proditores etc., si aliqui alii necentur, furta, rapinas, cedes, extorsiones vel alia dispendia patiantur, iidem rebelles tenerentur omnibus levis. Probatur conclusio quia ipsi vel actores fuerunt aut actionem et causam propinquam et illicitam dederunt etc., igitur ut c. decetero, cum glo., de homicid. [Decretales, V, 12, 11] et 1. qua actione, §fi., ad legem aquiliam [Dig., 9, 2, 7], pro quo 1. quoniam ad le. iuliam de. vi. [Cod., 9, 12, 6], cum ibi nota. per glo. et doct. Et quia ex parte rebellium huiusmodi fuit bellum iniustum et guerra, ideo ipsi tenentur, et ut dicit tex. in c. sicut. de iureiuran. [Decretum, II, 32, 4, 8] et hoc prosequitur et tenet expresse Bay. in sum. titu. de raptori, §citra principes in apparatu. [PENDING]

- §3.10.1.16 Sextadecima conclusio, quod in guerra aut bello quam aut quod facit dominus supremus contra patrias, urbes et villas, subditos et rebelles potest procedi nedum per cedes, obsidiones, sed etiam per incendia, subreptiones, predas, captiones villarum, urbium, rerum et personarum. Probatur conclusio, quia hec sunt onera et instrumenta guerrarum, ut habetur Num. ca. xxxi [Numbers, 31, 27] et Josue ca, viii. [Joshua, 8, 27] igitur et guerra sive bello permissis et concessis, et illa concessa censentur, ut dictis c. nam ad positionem aliquis ponuntur omnia que se instrumentaliter aut ut subordinata vel consecutiva se habent ad illud, ut 1. sicut, §1, si servi. vendi. [Dig., 8, 5, 8] et 1. iii, §1, de servitu. rusti. predio. [Dig., 8, 3, 3] et 1. i, §1 et §edificare, de mor. inferen. [Dig., 11, 8, 1].

THIRD TRACT

§3.10.1.17 *Seventeenth conclusion, it seems to some, in our times, that if war (bellum) is waged between Christians by the king, or lords not recognizing a superior) captives taken should not be enslaved.*

§3.10.1.17 Decimaseptiina conclusio, quod quibusdam videtur quod hodie (licet bellum sit inditum, et decretum inter Christianos per regem, vel dominos non recognoscent. superiorem etc.) capti in tali bello non fiunt servi. Probatur conclusio quia omnes reges christiani sunt sub uno capite ecclesie militantis, scilicet Christo, qui caput est omnis principatibus secundum apostolum sive eius vicario quamvis in temporalibus neminem recognoscant, hec enim se compatiuntur. arg. 1. i. §fi et se. de rei vendi. [Dig., 6, 1, 1] pro quo quod ibi no. per Bar. [PENDING] et in 1. hostes [Dig., 49, 15, 24], ubi habetur quod non subesse superioritati imperatoris et ipsum non recognoscere superiorem, aut ipsum monarcham esse se compatiuntur etc., sed bellum servitutis constitutum obtinet solum de iure inter non existen. sub eadem monarchia, non autem inter eos qui sub uno capite existunt, ut probatur in 1. hostes, per glossam de captivis et postlimi. redemptis [Dig., 49, 15, 24]. Preterea Christiani fratres sunt in Christo, quos unica mater ecclesia sacrosanct regeneravit per lavacrum regenerationis etc., et consequenter videtur quod bellum inter eos non possit nec debeat esse servitutis constitutum aut effectivum, iuxta id quod scribitur in Leviti[94r]co [Leviticus, 25, 39]: Si paupertate compulsus vendiderit se frater tuus etcetera, non opprimes eum servitute famulorum, sed mercenarius erit etc., et infra servi enim mei sunt, et ego eduxi eos de terra Egypti, ideo non veneant conditione servorum sed servus et ancilla sint vobis de aliis nationibus que in circuitu vestro sunt etcetera, hos habebitis famulos et hereditario iure mos Christianorum transmittetis etcetera. Et propterea de more Christianorum esse videmus, quod capti in bellis inter et per Christianos exortis servi non efficiuntur, ideo etcetera. Ceterum sicut servitus preteritis temporibus, ne capti necarentur fuit iure gentium primitivo introducta, ut 1. ii. [PENDING–Institutes?] sic videmus nostris temporibus, et retrolongis, quod in guerris et bellis Christianorum ne capti perimantur non servitus, sed finantia, sed pecuniaria redemptio fuit et est introducta, et consequenter his attentis bellice capti per christianos, Christiani servi non sunt, quasi quodam iure gentium orthodoxorum secundario, naturali equitate et inveterata consuetudine introducto iuxta legem postliminium in principio de captivis et postlimin. reversis (redemptis) [Dig., 49, 15, 19]. Et pro confirmatione predictorum, dicit Joannes Janvensis in suo dictionario [PENDING–Giov. Genoa] in verbo hostis quod Christiani non sunt proprie hostes invicem, nec inter se, nec hostile prelium inter eos, quia hostes sunt proprie hi qui sunt equales, nil sibi invicem debentes, Christiani autem sibi invicem debeat aliquid, causa Christianitatis. Saraceni vero, et Christiani proprii dicuntur hostes, quia nil invicem sibi debent.

Et hec sufficient^{†gl} de pena [96r] que contra predictos rebelles etc., et contra eorum personas imponitur per modum belli, aut guerre.

THIRD TRACT

§3.10.2.0 *In the following conclusions will be set forth the punishments of rebels of this kind that are imposed by the verdict of some legal body.*

§3.10.2.1 *First conclusion, why it is that rebellion, disobedience, treachery and infidelity committed against the honor, status, majesty, prosperity and tranquillity of the supreme or mystical body or head constitutes the crime of lese majesty.*

§3.10.2.2 *Second conclusion, as a penalty for the kind of infidelity, inobedience, treachery or rebellion which amounts to, and constitutes the crime of lese majesty, is to demolish and plough under the cities, villas, castles or towns that partake of it.*

§3.10.2.3 *Third conclusion, another kind of punishment a prince can impose upon cities, villas, and towns because of their rebellions, infidelities and treacheries, is to condemn the inhabitants of those places to abandon their belongings, go in exile to a different country and stay there.*

§3.10.2.0 De pena autem que sunt in personis rebelles huiusmodi afficiendi in foro contentioso declarabitur per sequentes conclusiones.

§3.10.2.1 Prima conclusio, quod quia rebelliones, inobedientie, proditioes, infidelitatesve omnis adversus honorem, statum, maiestatem, prosperitatem, tranquillitatemve corporis vel capitis supremi vel mystici causant crimen lese maiestatis, iuxta 1. i, ii, iii et fi., ad le. iuli. maie. [Dig., 48, 4, 1-3 & 11] quia omnia crimina informantur a suo fine. ut 1. qui iniurie, in princip., de furtis. [Dig., 47, 2, 55], iuxta illud philosophi qui mechatur, ut furetur fur est, et non mechus, ut 1. verum, de furtis [Dig., 47, 2, 36], rebelles, infidelesque huiusmodi etc., pena criminis lese maiestatis, ut dictum est, tum quia etiam quando aliquod crimen gravius coincidit alteri, ut puta homicidium violentie, pena homicidii (qui gravior est) infligitur, ut 1. quoniam, C. ad le. iu. de vi. [Cod., 9. 12. 6], ubi patet quod violentia coincidente homicidio punitur pena homicidii et rapina coincidente adulterio severius punitur, quia ut adulterium.

§3.10.2.2 Secunda conclusio, quod pena huiusmodi infidelitatis, inobedientie, proditiois, vel rebellionis que transeunt in speciem criminis lese maiestatis et illud efficiunt, contra urbes, villas, castra vel oppida est demolire et aratro subiicere easdem, ut 1. si ususfructus, qui. modis usufru. amit. [Dig. 7, 4, 21] que loquitur de hac pena pro hoc crimen, quo nullum illo iure sceleratius, iuxta glo. rub. C. de adult. [Cod., 9. 9. (Rubr.)] vel possent aliter destrui et sale seminari, ut in simili habetur Iudi. ix [Judges, 9].

§3.10.2.3 Tertia conclusio, quod aliam posset princeps pro huiusmodi rebellionibus, infidelitatibus, proditioibusve penam infligere contra urbes, villas, et oppida, infideles huiusmodi, et rebelles, hanc ubicumque [96v] cogere et condemnare illarum habitatores relictis bonis suis ad aliam patriam vel patrias demigrare et stare, ut 1. certa forma, C. de iu. fisci. [Cod., 10. 1, 4] et 1. non licere ha. metro. li. xi [Cod., 11, 56] et iiii Reg. xviii [4 Kings, 18, 32], et ad urbes et patrias illorum fideles transmittere per eos possidendas, ut habetur iiii Regum xviii [4 Kings, 18, 32], sed hec agere in terminis his est ex dispensatione, ut dicitur infra quum de dispensatione agetur.

THIRD TRACT

§3.10.2.4 *Fourth conclusion, by reason of their rebellion, treachery and disobedience, subjects or mystical members must suffer and under the penalty of death.*

§3.10.2.5 *Fifth conclusion, if someone who commits rebellion and its like cannot be apprehended, but flees or otherwise avoids his demise, he can be charged with the crime of lese majesty without further ado, and punished for it accordingly.*

§3.10.2.6 *Sixth conclusion, a judge could also condemn a tyrant and the villains who willingly support the intrusion by him and his envoys, yielding to them and turning over to them the armament and goods of the kingdom, but fleeing or otherwise escaping with their lives, to the punishment against intruders and those who support them, as is delineated in canon law.*

§3.10.2.4 Quarta conclusio, quod supposita sive membra mystica pro huiusmodi rebellionibus, prodicionibus et inobedientiis penam mortis naturalis debent sufferre atque pati. Probatur conclusio per l. quisquis, C. ad legem iuliam maiesta. [Cod., 9, 8, 5], vi., q. i, quero [Decretum, II, 6, 1, 21] et l. fi., D. eo. ti., [Dig., 48, 4, 11] hinc Apoca. xiv [Apoc., 14, 9]: Si quis adoraverit bestiam et imaginem quasi scelus obtinent idololatrie, ideo penam mortis merentur, Deuterono. xvii [Deuteron., 17, 5]. Et ideo propter inobedientiam morsu leonis propheta cecidit interemptus; iii Re. xiii [3 Kings, 13, 26]. Nec rebelles, insultuosi et murmurantes huiusmodi propter multitudinem delinquentium, minus sunt puniendi de iustitia, tamen nec numero nec magnitudine pene, ut habetur Nume. xvi. et xvii. cap. [Numbers, 16 & 17], ubi patet quod propter talia, imo minora quatuordecima milia hominum perierunt.

§3.10.2.5 Quinta conclusio, quod si committens rebelliones huiusmodi etc. haberi non posset, et sic per fugam aut aliter mortem naturalem evitaret, posset procedi lite non contestata et condemnari de crimine huiusmodi lese maiestatis et plecti penis capituli felicitis. de penis. [Lib. Sext., V, 9, 5] sic quod tanquam diffidatus et bannitus posset affici, pronuntiatione declaratoria super hoc facta per iudicem. Probatur conclusio, nam lite non contesta. potest procedi in his sceleribus, ut in extravagan. ad reprime. [(Imperial) Extravag., Tit. I] et sententia diffinitiva ferri, ut ibi, vel saltem declarativa pronuntiatio, iuxta c. pro humani, in fine. de homici, [Lib. Sext., V, 4, 1] et huiusmodi sceleratos penis illius c. felicitis [Lib. Sext., V, 9, 5] ad arbitrium iudicis plectendos fore declarati potissime quando per fugam corporali morte non possent coerceri.

§3.10.2.6 Sexta conclusio, quod tyrannum supradictum et dictos sceleratos qui adhererunt et obediverunt voluntarie huic intruso et tyranno et angelis eius, eos receptando munitiones et bona regni illis expendendo, si per fugam, aut aliter morte naturali castigari non possent, posset iudex condemnare ad penas indictas contra intrusum et obedientes et adherentes intrusis descriptas. xxiii dist. c. in nomine domini [Decretum, I, 23, 1], arbitrante iudice penas, iuxta d. c. utpote quod tanquam destructores et invasores totius regni, ut antichristus a regno toto, et eius prerogativis, privilegiis et dignitatibus arceantur nudati et hostes regni declarentur totius regni, et regis iram perpetuam sancituri, habitationes eorum fiant deferte, in quibus non habitet alter, sed cuncta eorum edificia dentur in ruinam, que ut perpetuam illorum attestetur infamiam, nullam usquam

THIRD TRACT

§3.10.3.0

The next conclusions spell out how rebels are held fettered by the goods they possess.

reparationem mereantur, bonisque omnibus confiscatis totus orbis pugnet contra eos nullam indulgentiam, nullamque dispensationem, aut remissionem obtineant supplicandi eis et cunctis pro eis omni tempore penaliter cuncto aditu interdicto, et aliter, ut plenius in dictis c. felicis [Lib. Sext., V, 9, 5] et in nomine domini [Decretum, I, 23, 1] reseratur. Hec de penis in personis eorum dicta sufficiant.^{†gl}

De penis eorum et suorum quo ad statum personarum, sciendum quod si scelerati huiusmodi naturalis mortis per potentiam fugam, aut aliter minime sentiant iacturantes tunc ipsi et liberi eorum sunt utraque infamia^{†gl} perpetuo aspersi, diffidati, banniti, omnium privati successione activa, et [97v] passiva perpetuo egentes omnibus dignitatibus, officiis, honoribus, privilegiis nudati, nulla fide, aut credulitate eis ullo tempore iudicialiter aut extra adhibenda omnibus immunitatibus et libertatibus, privilegiis, franchesiis, consulatibus et civilitatibus cunctis quocunque nomine censeantur, et omnia que sub nomine amissionis civitatis de iure continen. urbes, universitatis, oppida, et supposita universa, ac qui predicta facinora peregerunt ope vel consilio, auxilio, favore, aliterve confoverunt ipso iure sunt privati, ut 1. amissione, §primo, de capitis diminutione [Dig., 4, 5, 5(§1)], et 1. quisquis [Cod., 9, 8, 5] allega., et decimanona [read: vicesimatertia] distinctione. in fine [Decretum, I, 23, 1]. secundum quamvis aperte probetur per legem amissione §primo. de capitis diminutione [Dig., 4, 5, 5(§1)]. et 1. quisquis [Cod., 9, 8, 5] alle., quod ipso iure flagiatiosi huiusmodi sint infames et dignitatibus nudati, tamen hec etiam probatur nam in his sceleribus lex notat solum factum, et ex solo facto, et crimine quis infidelis et rebellis efficitur, ut patet in 1. quisquis [Cod., 9, 8, 5] et c. felicis, [Lib. Sext., V, 9, 5] et aperte in extravaganti quoniam [(Imperial) *Extravag.*, Tit. II] igitur ipso iure sunt infames. ut 1. i. [Dig., 3, 2, 1] et ibi glo. et 1. quid ergo, §.quum autem, de his qui notantur infamia [Dig., 3, 2, 13(§4)]. Preterea in 1. quisquis [Cod., 9, 8, 5] et in [98r] c. felicis. [Lib. Sext., V, 9, 5] tex. per verba presentis temporis inducunt infamiam, igitur ipso iure iuxta 1. si quando, unde vi [Cod., 8, 4, 9]. cum si maxime, quia etiam in minoribus delictis infamia infligitur ipso iure, ut 1. i. alleg. [Dig., 3, 2, 1] igitur etc. argu. 1. si quis, de servo corrupto [Dig., 11, 3, 9]. Iterum, ad infamiam inducendam non est opus sententia, nisi ubi lex exigit, ut d. 1. i., [Dig., 3, 2, 1] sed hoc casu. 1. non. exigit, igitur porro pene a iure stabilite statum persone contingentes in quibus exequendis non est opus ministerio hominis statim et ipso iure infligantur, ut 1. qui ultimo et ibi de hoc de penis [Dig., 48, 19, 19], sed predicte enumerare pene sunt huiusmodi, igitur etc., si ergo ipso iure dicte pene irrogantur, sint affecti, ut 1. legis iuli. de testi. [Dig., 22, 5, 4].

§3.10.3.0

Qualiter autem rebelles hi etc. in bonis et circa bona constringantur ex suppositis pandetur conclusionibus.

THIRD TRACT

- §3.10.3.1 *First conclusion, that the goods of rebels are subject to punishment, de iure, in three ways: first, by deprivation; second (by the law itself, or a judicial ordered verdict) by public confiscation; and third by making restitution in full of the damage done, as will be shown in what follows.*
- §3.10.3.2 *Second conclusion, the property of rebels who have deserted to the enemy, like the property of the enemies, become the property of those who have captured it, for those deserters are numbered among the enemy.*
- §3.10.3.3 *Third conclusion, no one is allowed to take the goods of rebels (and their like) who have not deserted to the enemy, against whom there has not been declared either bellum nor guerra, for that is an uncertain situation and we should limit ourselves to legal punishments.*
- §3.10.3.4 *Fourth conclusion, the goods taken from rebels who are subjects but have not deserted to the party against whom guerra but not bellum is being waged, become the goods of those who have taken possession of them, insofar as it is done as a legal action.*

-
- §3.10.3.1 Prima conclusio, quod in bonis plectuntur de iure hi rebelles etc. tripliciter uno modo a privatis. Secundo ipso iure vel a iudice pena publice confiscationis. Tertio in refusione damnorum illatorum illa passis facienda, ut liquebit ex sequentibus.
- §3.10.3.2 Secunda conclusio, quod rebellium apud hostes transfugarum sicut et hostium bona efficiuntur capientium, tales enim numero hostium habentur, l. transfug., de re. domi. [Dig., 41, 1, 51], ubi hec conclusio probatur.
- §3.10.3.3 Tertia conclusio, quod huiusmodi rebellium etc. non transfugarum contra quos bellum non est indictum, neque guerra nulli licet bona capere, quia hoc cautum non reperitur, igitur etc., quia penis legalibus debemus esse contenti, ut l. stipulatio, de ver. obli. [Dig., 45, 1, 38] et probatur his in l. si quis, §divus, de reli. et sup. fune. [Dig., 11, 7, 14]
- §3.10.3.4 Quarta conclusio, quod horum rebellium etc. subditorum tamen etiam non transfugarum contra quod fit guerre non bellum, quamvis in vim iurisdictionis fiat, bona capta fiunt capientium, iuxta c. ius militare, i. distinctione [Decretum, 1, 1, 10] et §item ea, de rerum divisione [Inst., 2, 1] et l. si quid bello, de postlimi. rever. [Dig., 49, 15, 28], licet Innocen. videatur contra velle. Probatur conclusio actus guerre materialis aut instrumentalis est inter alia principaliter captio et lesio personarum et bonorum etc., ut habetur Numeri. xxxi [Numbers, 31] et Josue. viii, et xi ca. [Joshua 8 10 & 11], igitur etc., ut dictis c. facit, l. v. §in pace, de capti et postlimi. redemp. [Dig., 49, 15, 5(§3)] ubi patet quod guerra et bello non indicto est huius effectus productive, ut hoc ubi fit guerra per dominum supremum, secus autem ubi fit per inferiorem vel presidere, tunc non fierent bona inobedien. et rebellium ea capientium nisi ita decrevissent, et sic intelligitur opinio innocentii et sequacium.

THIRD TRACT

§3.10.3.5 *Fifth conclusion, the possessions of rebels and infidels whose opposition to the status, majesty, prosperity and tranquillity of the king and the kingdom are made public as much de iure as de facto by official declaration, ought to be confiscated.*

§3.10.3.6 *Sixth conclusion, rebellion, infidelity, treason, inobedience and the like are said to comprise crimes, failings, and every kind of injustice associated with rebellions, etc., and the consequence of them is clear to see.*

§3.10.3.7 *Seventh conclusion, in the cases of guerra or bellum, the massacres, pillages, taking of captives, and like things done by rebels and their accomplices are inadmissible and deceitful, but the guerra, massacres, pillages, extortions and similar action by the lord and his adherents against rebels and those disobedient, their partisans and allies, are most just and legal.*

§3.10.3.5 Quinta conclusio, quod horum rebellium infideliumque huiusmodi adversus bonum statum, maiestatem, prosperitatem et tranquillitatem regis aut regni se opponen. tam ipso iure, quam per sententiam publicantur^{15†gl}, et debent confiscari, ut 1. fina., C. ad legem iuliam maie. [Dig., 48, 4, 11] et autentica bona damnatorum [Authentic in Cod., 9, 49, 10], et 1.quesitum. qui et a quibus manu. [Dig. 40, 9, 15] etc. et c. feliciter [read: felicitis ??] [Lib. Sext., V, 9, 5 ??] et vi. questione i, ca. quero, §i. [Decretum, II, 6, 1, 21]. Sciendum quod etiam bonis et dignitatibus ab alio quolibet rege, patria vel monarchia habitis privari possunt et nudari, ut clemen. pastoralis, de [sententia et] re iudica., [Clementines, II, 10, 2] ubi imperator regem Sicilie ab omnibus dignitatibus, prerogativis et bonis universis, a quecunque ut ubicunque habitis et alias universaliter privavit, ut nudavit que sententia non ex hoc fuit infirmata, ut ibi, ideo hoc tenebat domus autem et edificia et alia nedum confiscari, sed etiam funditus dirui et prostrari submota omnium spe et facultate refectionis possent per principis sententiam, ut cap. felicitis [Lib. Sext., V, 9, 5] et omnia etiam mobilia succendi et concremari in detestationem criminum, pro quo Deuterono. xiii [Deuteron., 13, 16]. Pene enim omnes in principe sunt arbitrarie in inferioribus autem quedam per leges sunt determinate, ut pro homicidio, violentia, [98v] paricidio et similibus.

Et hec de pena horum quo ad captionem privatis licitam, et quo ad publicationem sufficiant. Quo autem ad penam privatis personis, lesis civiliter et pro etiam interesse et damnis debitam subiungitur.

§3.10.3.6 *Sexta conclusio, quod rebellio, infidelitas, proditio, inobedientia et similia dicuntur crimina, defectus, et omnem iniustitiam ex parte rebellium etc. continere, et quo ad eos conclusio est notabilis.*

§3.10.3.7 *Septima conclusio, quod guerra aut bellum, cedes, prede, captiones, et alia ab ea vel eorum occasione secuta, et quecunque active defensive aut aliter per rebelles huiusmodi etc. eorumve complices facte et attemptate sunt iniustissime, dolose, et culpabiles quo ad eosdem*

¹⁵ The text of the gloss on *publicantur* begins a page earlier, on 97v.

THIRD TRACT

§3.10.3.8 *Eighth conclusion, rebels and those disobedient, etc., and all accomplices giving them counsel, aid, favor, and support, are held to have committed criminal damage and loss, as opposed to civil damage and penalties.*

rebelles etc., sed guerra, cedes, predes extorsiones et similes acte per dominum et superiores fautores et adherentes contra rebelles, inobedientes, fautores et complices, sunt iustissime et omni iure approbate. Probatur conclusio quia hec sunt remedia licita contra rebelles, vegismatertia questione prima. noli et c. quam culpatur [Decretum, II, 23, 1, 3 & 4] et ii. q. i. c. i. et ii. [Decretum, II, 23, 2, 1 & 2] et Josue. viii [Joshua, 8], et consequenter ut dicit Augustinus [PENDING]: Hi miseri rebelles etc. iustitiam, idest propter suam rebellionem. et xxiii. q. iiiii, si ecclesia [Decretum, II, 23, 4, 42] et persecutio eorum rebellium activa est illicita et iniustitia, resistendo domino et suos predando, necando, nocendo et opponendo, ut ibidem dicitur. Hinc repetere defendendo et proseguendo tuitionem terre, et populi Israel, sic ait: Non pecco in te, sed tu contra me male agis, inducens mihi beta. etc., Iudicum non. Et sic patet, quod ubi bellum est iustum ex una parte, est iniustum ex opposita et econtra, ut in dicto c. si ecclesia [Decretum, II, 23, 4 42], sed (ut predicatur) est iustum bellum vel guerra ex parte superioris contra rebelles, ergo iniustum ex eorum parte per dictos textus. Et econverso est iniustum ex parte rebellium, ergo iustum ex parte domini vel superioris eos persequentis per predicta.

§3.10.3.8 Octava conclusio, quod rebelles, inobedientes etc. ac omnes complices consilium, auxilium, opem, favorem, receptationemve illis adhibentes tenentur criminaliter levis et damna passis ad interesse^{†gl} damna ac penas civiles. Probatur conclusio, per 1. i. et iii ad legem iuliam maiestatis [Dig., 48, 4, 1 & 3] et 1. i. de raptu virginum [Cod., 9, 13, 1] et 1. qui servo 1. in furt. [Dig., 47, 2, 36]. et c. sicut. de iureiurando [Decretales, II, 24, 13] et institu. de obligatio, que ex delicto, §interdum [Inst., 4, 1(§11)]. Et nedum predicti, sed etiam quicumque quorum lascivia, culpa vel occasione prestita damna, illata stint, etiam per alios, aut qualiter cunque tenentur ad illorum restitutionem etiam opera consilio non prestitis, ut habetur insti. de oblig. que ex delicto, §Ii qui [Inst., 4, 1(§12)], etiam si nocendi animus non intervenerit, ut ibi et in 1. in furti., §fin. allega. [Dig., 47, 2, 51], imo quod est fortius si per prius animus agentis affuerit, ut instituta ad legem aqui., §fina. [Inst., 4, 3(§16)] et 1. [et] eleganter, §primo, 1. labeo, de dolo [Dig., 4, 3, 7(§1)]. Insuper omnes qui occasionem prestiterit damnis inferendum, licet preter animum contingerint occasionem tribuentes, ut 1. qui occidit. in fi., ad legem [99v] aqui liam., cum multis concord. §notatis [Dig. 9, 2, 30] et d. c. sicut [Decretales, II, 24, 13]. Et quilibet tenetur insolidum ubi sunt plures, ut 1. i. C. de conditione furtiva [Cod. 4, 8, 1] et 1. si plures. arbo. fur. cesa. [Dig., 47, 7, 6] et 1. vulgaris, §si duo, de furtis [Dig., 47, 2, 21] et 1. item mela., §secundo, ad legem aqui liam [Dig., 9, 2, 11(§2)].

Et sic patet qualiter et quomodo et quas pati penas debeant pro dictis facinoribus scelerati sepe dicti.

THIRD TRACT

§3.10.3.9 *Whenever rebels, traitors, those who are disobedient, etc., have not deserted nor committed a crime or species of lese majesty, so that they do not impugn the honor, status, majesty and tranquillity of the mystical body and head, if then they stir up schism in some city of province, that is a capital crime which calls for capital punishment.*

§3.10.3.10 *The crimes of perjuring the fidelity and obedience owed to the mystical head, because they coincide with a disposition to be unfaithful and disobedient, should be punished very harshly.*

§3.10.3.9 Quumque quidem rebelliones, proditiones, inobedientes etc. non transeant, nec efficiunt crimine sive speciem criminis lese maiestatis, ut quia non repugnant honori, statui, maiestati et tranquillitati corporis et capitis mystici, et tunc si causent schisma, divisionem et schismata particularia in villis aut provincia aliqua, tunc est crimen capitale, pena mortis plectendum. Deutero. xvii ca. [Deuteron., 17, 5], pro quo glossa undecima questione. ii absit [Decretum, II, 11, 3, 14]. Si vero nobedientia, rebellio, proditiove aut infidelitas in speciem alicuius criminis ut falsi, tunc punitur illius pena, ut. 1.i. §1 et ii. et §qui in ratione. de [lege Cornelia de] falsis [Dig. 48, 10, 1 (§§1, 2 & 4)], utpote et si fidelis meus secreta mea vel instrumenta alteri prodiderit infidelitas huiusmodi transit in crimen falsi illius pena plectendum, ut l. i, §is qui, ad legem come. de fal. [Cod., 9, 22, 1]. Si vero non transit in speciem alterius delicti, tunc pene imponentur arbitrarie, ut l. prima, de crimi. stelliona. [Cod., 9, 34, 1] et l. hodie. de pen. [Dig., 48, 19, 13]; vasallus autem, qui non est membrum mysticum regis vel regni cui infidelis est penitentietur criminaliter, ut modo dictum est, et perdet feudum, ut in feudis. [PENDING]

§3.10.3.10 Crimina periuriorum, fidelitatis, et obedientie capiti mystico debitarum, quia infidelitati, inobedientie tente coincidunt puniri debent severissime,¹⁶ sicut habetur et probatur Ezechielis decimoseptimo capitulo [Ezekiel, 17, 16], ubi dominus deus sic ait contra eos qui foedus iuramento regi Babylonis promissum auxilium regis Egypti quesiverant: vivo ego dicit dominus etc. quoniam qui soluit pactum et iuramentum fecit irritum, quod habebat cum eo in medio Babylonis moritur etc., et infra: vivo ego, quoniam iuramentum quod spernit et fedus (quod prevaricatus est) ponam super caput eius, et expandam super omni rethe meum et comprehendetur fz sagina mea etc. Et infra: Et omnes profugi eius cum universo agmine eius gladio cadent, ut plenius habetur in dicto capitulo decimoseptimo] [Ezekiel, 17, 21].

Homicidiorum autem, furtorum, rapinarum, aggressionum, incendiorum, raptuum, adulteriorum, rerum et iurium publicorum, subreptionum, et aliorum excessuum pene sunt [legibus vulgatis](#)^{†gl} prodite, ideo pro nunc (propter brevitatis gratiam) omittuntur. [100r]

¹⁶ Bonaudi edition reads “reverissime”.

THIRD TRACT

- §3.10.4.0 *The final group of conclusions will consider whether penalties mentioned above, and some others that can be committed, are amenable to remission by some official act.*
- §3.10.4.1 *First conclusion, the distinctive feature of every lord or head of a kingdom that he be just, promote justice, and rule justly.*
- §3.10.4.2 *Second conclusion, foregoing the penalty which has been said to be due for crimes committed by trickery is forbidden even by divine law.*
- §3.10.4.3 *Third conclusion, just as God is pleased by punishment of the impious, so do we test his patience if we delay carrying out punishment of infidels.*
- §3.10.4.4 *Fourth conclusion, perforce of what has been said above about penalties for rebellions (etc.) committed against the status (etc.) of the kingdom or its mystical head, giving remission for the crime of lese majesty is altogether forbidden and interdicted.*

-
- §3.10.4.1 Prima conclusio, quod uniusquisque monarchie domini, aut presidis proprium est^{†gl} in quantum huius, et esse debet facere iustitiam, et rectum iudicium. Probatur conclusio, quia ad hoc illis omnis potestas a deo tribuitur, ut habetur textualiter in capitulo primo, de homicidio, in sexto, [*Lib. Sext., V. 4. 1*], unde Esaie trigesimosecundo [*Isaiah, 32, 1*]: Ecce in iustitia regnabit iudex, et principes in deo preerunt. [100v]
- §3.10.4.2 Secunda conclusio, quod quanvis in criminibus dolo commissis commissio pene debite dicatur etiam divino iure interdicta, ut habetur Deuterono. xix et xxv [*Deuteron., 19 & 26*] per discursum illorum ca. per plus prohibita dicitur in crimine fornicationis et rebellionis a domino suo, Deute. xxiii [*Deuteronomy, 23*], quinimo per negligentiam^{17†gl} omittens punitionem convertit in seipsum penas quas inferre contempsit. Leviticus xx [*Leviticus, 20*], ideo huius est, nam talis facinori censetur assensum prebuisse, 1. finali, ne sanctum baptis, [*Cod., 1, 6(9), 3*] unde propheta: Quia dimisisti verum dignum morte, erit anima tua pro anima eius etc., iii. Reg. xx. in fi. [*3 Kings, 20, 42*] [101v]
- §3.10.4.3 Tertia conclusio, quod sicut deus in correctione placatur impiorum, vigesimatertia questione quarta sicut [*Decretum, II, 23, 4, 20*], et sic si flagitia persequi et ulcisci differimus ad irascendum utique divine numinis patientiam^{†gl} provocamus secundum Augustinum [*PENDING*], et habetur dicta questione capitulo si ea [*Decretum, II, 23, 4, 50*] in historia Josue septimo capitulo. [*Joshua, 7*] [102r]
- §3.10.4.4 Quartae conclusio, quod propter supradicta in penis pro rebellionibus, prodicionibus, infidelitatis, inobedientisve, et aliis adversus statum prosperitatem, securitatem, honorem regni vel eius mystici capitis commissis. Et crimen lese maiestatis causantibus remissio dispensatio, et pro his supplicatio^{18†gl} est omnino vetita et interdicta, ut 1. quisquis, ad le. iuliam maiesta. [*Cod., 9,*

¹⁷ Gloss sign (misplaced) comes after *omittens*.

¹⁸ Text of gloss begins on the previous page, 101v.

THIRD TRACT

§3.10.4.5 *Fifth conclusion, although it is not easy to remit punishment for lese majesty committed by individuals or small groups, the penalties for that crime levied on large groups of subjects (such as cities, provinces and towns) for that crime can be remitted, with moderation.*

§3.10.4.6 *Sixth conclusion, no grounds for dispensation exist if offenders do not recognize the perversity of their deeds, be penitent, amend their ways, and recognize how correct their treatment has been.*

8, 5] et c. felicis, de penis [Lib. Sext., V, 9, 5], pro quo Deuterono. xiii [Deuteron. 13] et Leviti. xx [Leviditus, 20].

§3.10.4.5 Quinta conclusio, quod licet in particularibus et paucis suppositis sic in offensam maiestatis¹⁹ (ut predicatur) a gentibus non sit facilis remissio aut dispensatio tamen in multis suppositis, aut in villis provinciis, urbibusve predicta scelera committentibus est debita remissio, cum moderamine et dispensatio. Probatur conclusio, ut dicit tex. quoties a populis vel turba peccatum peccatur, quia in omnes cap. per multitudinem vindicari non potest inultum solet pertransire, prima questione, septima capitula, quoties [Decretum, II, 1, 7, 8] unde dicitur ubi multorum strages iacet detrahendum est severitati^{20†gl}, quingagesima distinctione, ut constituentur [Decretum, II, 1, 7, 8] iuxta illud. Propter populum multum transit crimminultum. Et ratio huius est, nam pene imponuntur inter aliqua, ut satisfiat reipublice lese. Et ideo peccata sibi applicantur, ut 1. multarum, de modo mulcta, [Cod., I, 54(55), 5], sed Si patrie urbes, vel oppida, aut plurima supposita punientur, eradicarentur, et tollerentur, hoc multum cederet in diminutionem corporis mystici reipublice lese, et sic penarum exhibitie non esset rei publice pro flagitiis satisfactio, sed minutio et desolatio, quod esse non debet, ne (quod inducitur ad augmentum reipublice) illi generet diminutionem, ut habemus [104r] in 1. servos, de legatis primo [Dig., 30, 1, 72], 1. cum tale, §fina., de condic. et demonstr. [Dig., 31, 5, 71]. Et ideo dicit glo. in d. c. ut constituentur [Decretum, I, 50, 22] quod dispensationi locus non est nisi adsi utilitas vel necessitas, predicta vera nisi illa multitudo peccantium scelera sua ex autoritate niterentur defendere, tunc enim non dispensationi, sed rigoris discipline locus esset, quingagesima distinctione domino [Decretum, I, 50, 25] et glossa prima questione septima quoties [Decretum, II, 1, 7, 8]. Et ratio horum ex sequenti conclusione innotescit.

§3.10.4.6 Sexta conclusio, quod nunquam alicui dispensationi locus est, nisi scelerati suam factionem perversam recognoscant, et penitentes a sceleribus se emendent et emendati ac penitentes remedium vite et rectitudinis tramitem dignoscantur recepisse, ut hec habentur quingagesima distinctione, ut constituentur [Decretum, I, 50, 22] et c. sequen. et c. domino [Decretum, I, 50, 23 & 25]. Hinc dicit regula iuris, quod. peccati venia non datur^{†gl} nisi correcto.

¹⁹ I take *offensum maiestatis* to mean the same as *laese maiestatis*, but I may be wrong.

²⁰ Gloss signal placed erroneously 2 words earlier, at *detrahendum*.

THIRD TRACT

- §3.10.4.7 *Seventh conclusion, although the rigour of discipline may be attenuated if a large number of people is involved, dispensation should not be absolute because softness weakens discipline.*
- §3.10.4.8 *Eighth conclusion, when punishing a large number of sinners, the most important rebels, traitors, and infidels among them should be put to the sword and their goods confiscated, for those responsible for doing the greatest harm deserve to receive the harshest punishment.*
- §3.10.4.9 *Ninth conclusion, if softening the punishment attenuates the justice of the disciplining and weakens the rigor of the law, then instead of dispensation one should speak of dissolution and absolute injustice.*

-
- §3.10.4.7 [104v] Septima conclusio, quamvis propter deficientium multitudinem sit locus misericordie et dispensationi, tamen non absolute sic dispensandum est, quod in mansuetudine districtio deferatur discipline, nec econtra, rogat ergo discipline vigor mansuetudinem, et mansuetudo iuris rigorem exornet, et sic alterum commendetur^{†gl} ex altero, ut nec vigor sit rigidus, nec mansuetudo dissoluta, secundum Grego. in moralibus [PENDING], et habetur in decretis xlv. dist. sunt nanque [Decretum, I, 45, 14].
- §3.10.4.8 Octava conclusio, quod in multitudine peccantium punienda, ne rigor mansuetudinem exsorbeat, nec econtra, principes idest principaliores actores scelerum in multitudine rebellium, proditorum, infidelium et similium in hac materia ex proposito sunt gladio, bonis omnibus confiscatis puniendi, et aliter ut in conclusionibus superioribus, quia cum de penis corporalibus infligendis ageretur dictum est, ut hec probantur in c. latores, de cleri. excommu. [Decretales, V, 27, 4] etc., alii autem mitius corrigentur arbitrio iudicantis, ut secundum discretionem que virtutum mater est. In eos qui gravius peccaverunt severior inferatur vindicta, de hereticis excommunicamus, §credentes [Decretales, V, 7, 12(§5)] et insuper puniuntur urbes^{†gl}, ville et oppida consulatibus universitatibus, privilegiis, et immunitatibus prerogativis, et donis, et munificentis, et civilitatibus, [105r] private tanto pensionum et talliarum afficentur onere, quod ipsa exactionis pena compellantur ad rectitudinem et agnitionem domini sui festinate, secundum Gregorium ut habetur ad literam vigesimatertia questione sexta, c. iam vero. [Decretum, II, 23, 6, 4]. Et non minus perversiores seu de perfidis plures possent bonis suis omnibus nudati ad alias patrias remotas et provincias transferri inibi permansuri, ut 1. certa, de iure fisci. [Cod., 10, 1, 4], et dixi supra.
- §3.10.4.9 Nona conclusio, quod si dispensando mansuetudo absorberet discipline iustitiam et iuris rigorem enervaret, vel econtra, tunc non dispensatio sed dissipatio^{†gl} et absoluta iniustitia diceretur. Probatur conclusio xxiii, questione iiii, c. est iniusta [Decretum, II, 24, 4, 33] ubi dicitur quod talis misericordia est iniusta quia facultatem tribuit et incentivum delinquendi, ut ibi unde ibi dicit Augustinus. Innocentes tradit exitio, qui liberat multorum exitia cogitantem. Et ideo (ut ipse ait) et si misericordia claudi non debeat, nulli tamen peccato impunitas [105v] debet relaxari, ut ibidem in c. domino [Decretum, I, 50, 25] sclerati nanque tanto redduntur nequiores, quanto dominum sibi ignoscere cognoscunt, ut ibi in dict. c. ne omissio [Non inveni] Et ideo david in psalmo [Psalm, 32, 5] Miseracordiam et iudicium cantabo tibi domine, et alibi deus iudex iustus

*

THIRD TRACT

§3.10.4.10 *Tenth conclusion, although pardon for a certain crime has been given and the infamy of that act thereby lifted de iure...nevertheless those who were once condemned will always bear the stain of infamy, de facto.*

§3.10.4.11 *Eleventh conclusion, that an infamous act is repellent, and renders those who commit it unworthy of all dignities, public offices, and positions that require integrity of behavior.*

§3.10.4.10 Decima conclusio, quod quacunq[ue] dispensatione adveniente non obstante et licet per eam posset tolli iuris **infamia**[†] ut lege prima de sententia passis [Dig., 48, 23, 1] non eo minus tamen scelerati saepedicti perpetua infamia facti aspersi et maculati permanebunt. Probatur conclusio, nam ex actibus perditoriis infidelitatis, inobedientie, ac rebellionis predicatarum. Infames facti sunt hac infamia apud bonos et graves, quod infamia proprie dicitur infamia moris orta ex maleficiis his etc.

Ex quibus maleficii predicti contemptibiles cum omni detestatione sunt in animis procerum atque iustorum, ut habetur textualiter in 1. honori, de obse. lib. [Dig., 37, 15, 2], et quia non iure civili sed ex actibus ipsis (ut dicitur in d. i.) Sed re ipsa et opinione hominum principium non subsunt dispositionibus, ut 1. in bello, §facte [Dig., 49, 15, 12, §2], nec consequentur, nec ipsa infamia, arg. d. §facte [Dig., 49, 15, 12(§2)], [107r] pro quo expresse illud Gelasii, qui sic ait [Galatians, 3]. Quamque animas per penitentiam salvare possumus infamiam tamen si facti abolere nequimus, ut hec habentur ii quaestione, iii, in c. euphemium [Decretum, II, 2, 3, 7]. Nam ut sanitas postvulnus sine cicatrice esse non potest, sic nec dispensatio sine huius infamie macula (ut dictum est) potissime eius causa efficiens sive producens, scilicet actus et hominum opiniones (qui principis non sunt in arbitrio) continere illam effici, aut et producant et pro his bene facit §facti [Dig., 49, 15, 12(§2)] allegato et c. denique [Decretum, II, 7, 1, 9] ex quib. cau. ma., ubi patet quod possesso aut aliud ius habens plurimum facti non subest principis arbitrio aut legibus constitutionibus, sic nec infamia facti est, et ex facto (ut profertur) ortum habet.

§3.10.4.11 Undecima conclusio, quod huius infamia facti repellit et infamatos ea reddit indignos ab omnibus dignitatibus, muneribusque publicis et allis in quibus morum exigitur integritas, ac etiam officio assessoris et iudicature, decurionatus et consulatus (quod officium in locum decurionatus successit, ut dicit glossa in rubri. de deca. [PENDING] et l. sed & ex dolo, §decuriones, de dolo [Dig., 4, 3, 15(§1)]. Et etiam officio advocacionis, ut l. ii et l. iudices, cum concord. de dignit. [Cod., 12, 1, 2 & 12], et l. i, de infami. [Cod., 10, 57, 1] et l. ii, de access. et l. infamia, de decurio. [Cod., 10, 30, 8] ac l. 1, §hoc edicto, de postu. [Dig., 3, 1, ?] et iii q. vii, §tria [Decretum, II, 3, 7, 1] et §fina., insti. de excep. [Inst., 4, 13(§11)]; nec etiam infamis hac infamia potest testimonium ferre saltem, ut plene sibi fides adhibeatur in civilibus aut criminalibus aliqua, ut l. ii, de senato [Dig., 1, 9, 2] et l. iii, §due, ad carbo. [Dig., 37, 10, 3(§5)], secundum communem opin. Et consequenter nec officium tabellionatus aut alia officia publica gerere potest. Nam tabellio est testis iure, ut dicit glo. cum tex. in l. ii, de his que in ec. ma. [Cod., I, 13,

THIRD TRACT

- §3.10.4.12 *In formalized processions, festivals, banquets, and other kinds of gatherings, both public and private, the same blackguards, having been segregated from the group of elite and honest people and stripped of all honor, are grouped with the consortium of the vile and worst plebes.*
- §3.10.4.13 *Furthermore, the pope, the king or other monarch cannot pardon infidel and impious persons unless they do penance and gain restitution.*

2], testimonium autem nullum in criminalibus nec plenum iudiciis infamis ferre potest igitur etc. Et pro hoc glo in l. ii, §miles, de hi qui notam. infa. [Dig. 3, 2, 2(§3)] [107v], pro quo l. ii et l. iudices, de dignita. [Cod., 12, 1, 2 & 12] in civilibus, enim integritas honoris et vite exigitur, ut l. optimam, de contrahen. [Cod. 8, 37(38), 14], igitur etc. Et maxime hec vera sistunt ubi talis infamia nota est, arg. l. barbarius [Dig., 1, 14, 3] et l. ii, C. de senten. et interlo. [Cod., 7, 45, 2], vel ubi ab altera parte de conficiendo instrumentum notarius requireretur. Et est ratio premissorum, nam dignitates, administrationes, officia^{†gl} publica et alia iam dicta, et similia mundis dari et conferri consueverunt, ut patet legibus allegatis; ergo non est possibile illas dari vel conferri his qui immundicia et impuritate maculantur, ut habetur i questio, i c. ventum [Decretum, II, 1, 1, 18] alias est, c. nam sicut [Decretum, I, 32, 4] [109v]

Ex quibus patefit quod dicti scelerati nunquam ad officia publica, dignitates, honores, consulatus, aut alia huiusmodi poterunt legitimi, idoneive censi aut admitti ivi dispensationis, aut aliter nisi ut supra dictum est.

- §3.10.4.12 Quinimo in cessibus processionibus, festis, conviviiis, cetibus congregationibus, et aliis publicis et privatis actibus idem scelerati a procerum et honestorum virum segregati consortiis, omni honore exuti inter plebeiorum et vilium et pessimorum consortia erunt collocandi, nec post hac eo honore uti poterunt, aut blandiri, qui semper flagitia hec indignos iudicaverint, ut hec habentur lteraliter in l. ii et l. iudices, de dignita. [Cod. 12, 1, 1 & 12], sine enim ullo honore debet esse senectus et vita illorum, et l. nihil amputari. [Non inveni], Sapien. iii [Wisdom, 3].
- §3.10.4.13 Porro papa, rex, aut monarcha alius (quominus infideles et impii huiusmodi penitentiam peragant, et lesis damna interesse etc. restituant) nullo modo poterit dispensare, ut c. quum tu, de usuris, [Lib. Sext., V, ?], xiiii q. v. si quid invenisti [Decretum, II, 14, 5, 4], et c. multi ii. q. i [Decretum, II, 2, 1, 18] si res. Quia non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum etc., secundum Aug. [PENDING]

THIRD TRACT

§3.10.4.14 *There follows a summary conclusion containing a warning to rebels: beware the punishments that await you, as in the books of Isaiah, Ezechiel, Jeremiah...and many more.*

§3.10.4.14 Sequitur conclusio totius compendii continens monitionem ad rebelles.

Prevaricatores igitur redeant ad cor. Esa. xlvi [Isaiah, 46, 8], contemplantes quomodo a domino suo vero et mystico capite proterviter prevaricantes, sicut mulier adultera, que a viro suo (quo caput eius est) recedit, gravius fuerunt fornicati focariis, qui a suis amatoribus rogitari expetantes munera poscere solent. Ezech. xvi [Ezechiel, 16, 33]: Hi profecto sicut Israel et iuda ad suos confornicatores, ut comminiscerentur, dona perferentes. Ezechie. xvi. Commearunt nequiores Juda, qui dei prodens unigenitum donaria non pertulit sed poposcit. Mat. xxvi [Matthew, 16,]: Perspicaciter equidem intuentes, quomodo speculatores eorum ceci omnes restituunt propria malitia, excecati canes mutilare non volentes dormierunt videntes vana et somnia adamantes, nil aliud quam canes impudentissimi nescientes sanitatem, hec omnia habentur Esa. lvi [Isaiah, 56, 10], ipsi et enim pastores sapientiam ignoraverunt omnes in viam suam declinantes unusquisque ad avaritiam, a summo usque ad novissimum. Et illi confregerunt Hieremie. v. ca. [Jeremiah, 5, 5]: Et prohdolor universi (ut prelatum est) rebelliter dominum suum ab negantes palam dixerunt, non est ipse Jo. v. [John, 5]. Perierat enim fides ab omnibus eis, et ablata est de ore eorum. Hierem. vii [Jeremiah, 7, 28], quia volucres celiusque ad pecora a suo vero domino omnes transfugerunt, recedentes post pravitatem cordis sui, sequentes Baalim, sicut et didicerant apatribus suis, Hieremie. ix [Jeremiah, 9, 14]; domino suo vero terga vertentes, et non faciem. Joan. xxxii capi. [PENDING], Penitentiam igitur peragere festinent, non qualibet complex Iudas proditor, sed charitate informatam, quam scelerum agnitio simul precedat et publicet confessio consequatur, mente confitemur adversum nos iniustitias nostras domino, ut in psalmo [Psalm 31,1-5]: Beati quorum delictum nostrum ei cognitum facientes, non pallientes flagitia, minusque legentes, sed obnixios detegentes dicente unoquoque iniustitiam meam non abscondi, ut in psal. Beati quorum [Psalm 31,1-5]. Similiter non se excusantes in peccatis, sed palam accusantes universi penitentiam clamare non cessant inquietes peccavimus, quia dereliquimus dominum et servivimus Baalim, et Astaroth misericordiam postulantes, i Regum xii. [1 Kings, 12, 10] Non enim penitere possent, si non prius fomicationes suas confitentes agnoscerent, omnis nanque cognitiva procedit volitivam, egrotus utique si sue egritudinis, non cognosceret malitiam ad medicum minime decurreret. Quamobrem palam sua agnoscant flagitia sceleribus funestati, corde, ore et opere dominum suum publi. predicantes [110r] corde aientes cum prophet: Confitebor domino in toto corde meo, ex totis penitentes precordiis, quia nemo potest gaudere se conversum nisi prius doleat se adversum ore, ore enim creditur ad iustitiam, confessio autem oris ad salutem, ad Roma. x [Romans, 10]; opere quia fides sine operibus mortua est, Jac. ii [James, 2, 20]; sicut enim exhibuerunt membra sua servire immunditie, et iniquitati ad iniquitatem, ita exhibeant ea servire iustitie et veritati, ad Roma. vi [Romans, 6, 19]; recognoscentes igitur peniteant, et penitentes qui dormiunt in peccatis, Esa. li [Isaiah, 51, ?]; Postquam sederint manducantes panem doloris, ut in

THIRD TRACT

§3.10.4.15

End of the most excellent work of Jean de Terre Rouge

Psal. [Psalm 126, 2]; nisi dominus, et proni in terrain iacentes. Josue. vii [Joshua, 7, 6]; Exurgant a mortuis, idest sceleribus suis. et illuminabit eos Christus, ad Ephes. v [Ephesians, 5, 14], qui est veritas, rursum, exurgant a terra, id est a persecutione domini sui, sicut et Paulus exsurrexit a terra, idest a persecutione ecclesie, Act. ix [Acts, 9, 39]; Iterum surgant, et ambulent per bonas operationes. Mat. ix [Matthew, 9, 5 sqq.]; Ad cor mysticum (quod dominus eorum est) et principum quoddam vite, sicut et cor physicum, et redeuntes dicant cum Ozea, Oze. ii [Hosea, 2, 14]; Revertar ad dominum meum priorem, quia cum eo mihi bene erat, redeant siquidem eius mandata iugiter observantes, iuxta illud. Deum time, et mandata eius serva. Eccle. ult. [Ecclesiastes, 12, 13]; Gloriam et honorem illi soli exhibeant cor syncerum. iuxta illud. Prebe mihi cor tuum cum omni perseverantia. Prover. xxiii [Proverbs, 23, 26]; Eidem obnixae et sedulo observantes. iuxta illud. Gloriam meam alteri non dabis. Esa. xlii [Isaiah, 42, 8]; et sic quod nullo tempore recedant a domino vero suo, nec a tergo eius, 1 Reg. xii [1 Kings, 12, 20], sed ei omni corde deservientes indefesse, et non declinantes post vana. 1 Reg. xii [1 Kings, 12, 21]; Timeant dominum suum verum, et illi soli serviant in veritate, et charitate non ficta, et ex toto corde suo 1 Reg. xii [1 Kings, 12, 24], et ipse propter nomen suum sanctum non derelinquet eos. 1 Reg. xii [1 Kings, 12, 22], sed servabit et pascet in iudicio, et iustitia. Et illi ipsi servientes fructum suum facient in sanctificationem finaliter, vero vitam eternam ad Roma. vi [Romans, 6, 22], quam cunctis prestare dignetur alpha et o, trinus et unus in secula seculorum.

§3.10.4.15

Excellentissimus Joannis
de Terra Rubea opus
Explicit.